

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Sacramentis

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber octavus, De eucharistia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-926](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-926)

stium describit: ...

tibus coguntur vel non dicere, quod dicunt: vel etiam durius dicere, quod non dicunt.

IX. Non vocatur ergo in dubium, quominus & à Christo factum sit, & à Christianis vtitatum multis seculis, ut qui communicarent, humano more suis manibus vterentur, non rostro solo pecudum instar: cuius vestigia prima, qui altissimè reperunt, Pamelius in Cypriani de Lapsis, & Durandus Tholosanus, non nisi à Concilio quodam Rhotomagensi, cuius nulla memoria nisi apud Burcardum autorem seculi vndecimi. Eo Concilio cautum fuit, ut non nisi in os immitteretur à Sacerdote.

X. Et videte, quæso, audaciam. Maldonatus in 26. Matthæi. Meliore consilio postea Ecclesia, non in manus, sed in os Sacramentum dare cepit, quod id, & minus periculi, & multo plus haberet reuerentiæ. Quemadmodum, quamvis Christus cœnatis corpus suum, & sanguinem dederit, Ecclesiæ consilium Augustinus laudat: quod ea relicta consuetudine, non nisi ieiunus dederit.

XI. Item meliore consilio vta Ecclesia, quam Apostoli, quam Christus: & vta post secula nouem, aut decem. At nos crassioris Mineræ homines, nunquam concesserimus eum fuisse Christum, (mitto enim Apostolos, & horum successores) cuius luminibus officere potuerit vlla posterior ætas. Pericula scimus nunquam nominata, nisi inualecente superstitione, quæ tandem timuit ne despuendo in terram deiceretur corpus Christi, malè dentibus hærens. Itaque non potest obtinerè, quantumcunque est Papistarum, ut non rideamus superstitione diligentes. Plus venerationis in ore quam manu, à quibus sit ritualibus haustum libenter ignoramus: nec patiemur facile nobis persuaderi sanctius deglubere hodie quemquam Papistarum, quam olim, non dico Apostolos, aut Apostolicos viros, sed Christianos Cypriani, Chrysostomi, Augustini vta: quorum nos sane malumus simplicitatem imitari, quam recentium Sophistarum subtilitatem adorare.

VIII. Apud Eusebium historiæ 6. c. 35. iuxta Christophoranum, ex literis Cornelij habemus Nouatum, in distribuendo suis vtrisque manibus manus accipientis prehendentem, nec dimittentem nisi accepto iureiurando. Habemus item in Epistola Basilij 288. quosdam eum vti de vtraque specie per tempora persecutionum cogi, Sacerdote vel ministro non presente, propriis manibus percipere communionem. Quæ duo valeant sanè ad hanc rem probandam, quando est volentibus ipsis Papistis, omnibus: alioquin non essem ausus vti: non quia non habeant verisimilitudinem: sed quia facillimè poterant eludi: ut mille sunt in aliis capitibus longè clariora, quæ tamen variis artibus obstruuntur.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER OCTAVVS,

De

E V C H A R I S T I A.

Caput Primum.

STATVS CONTROVERSIE DE VTRAQUE SPECIE.



ONGE violentior futura nunc Controversia, quid sit accedentibus ad Communionem Christianis distribuendum. Non nisi panem & calicem, consentitur vtrinque. Quandoquidem præterea nihil exprimat in institutione: quod obseruauerunt etiam Canones, apud Papistas authenticæ, De Consecrat. dist. 2. Canone, Cum omne crimen, qui lac audebant offerre, reprehenduntur, Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, nulli lac, sed panem tantum & calicem sub hoc Sacramento cognoscimus dedisse. Cesset ergo lac in sacrificando offerri: quia manifestum est & euident exemplum veritatis Evangelicæ illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non licet.

tra Episcopum Luffonensem c. 29. Marcus Antonius de Dominis libri 5. de Rep. Ecclesiastica c. 6. §. 278. & deinceps.

V. A Papistis, in syluam nominum. Catechismus ad Parochos. Caietanus Opusculorum tomi 3. tract. 12. & in 3. Thomæ, quæst. 80. art. 12. Gropperus de altaris Sacram. tomi 2. art. 4. Tapperus art. 5. Pighius Controu. 7. Roffensis ad Lutheri art. 16. Hosius Dialogo de Communione. Ioannes Cockleus in viginti quinque rationibus de vna specie: & Epistola ad quemdam amicum. Franciscus Horantius Locorum libri 5. c. 33. Eckius Enchiridij c. 10. & de Sacramentis homilia 32. ac quatuor seqq. Lindanus Panopliæ libri 4. c. 56. Perefus de Traditionibus, partis 3. confid. 5. capite de Communione sub vtraque specie. Petrus Auratus Paradox. 30. Ioannes Hessel à Louanio, Declaratione, quod sumptio Eucharistiæ sub vnica panis specie, neq; Christi præcepto, aut institutioni aduerfetur, neq; minus fructuosa sit. Slatanus contra Vellium art. 22. & 23. Carolus V. Imperator responsione ad articulum Augustanum de vtraque specie. Ioannes Dauentria: Ioannes Cockleus, Ioannes Hofmeisterus, ad eundem. Alphonfus Viruesius Philippica 17. Iodocus Raueftein Tileanus defensionis Tridentinæ parte 2. cap. de Communionem sub vtraque specie. Bunderius Compendij tit. 21. Conradus Brunus de Ceremoniis libri 2. c. 2. Alphonfus de Castro hæresi vltima de Eucharistia. Stanislaus Karnkovvski Gnesnensis Archiepiscopus controuerfia 6. Iacobus Ianfonius Amstelredamensis in Liturgicis libri 4. c. 7. Conradus Klingius Locorum Communium libri 4. c. 13. & seqq. Matthias Aqueus in Catholicæ doctrinæ assertionem. Dominicus Soto in 4. Sentent. dist. 12. quæst. 1. art. 12. Sanctefus Repetit 10. Latomus aduerfus Bucerum de Controuerfibus quibusdam. Ioannes Fabri Hailbrunensis Missæ libro 3. Stapletonus Antidotis Evangelicis in Matthæi 26. Polygranus in Assertionibus. Lorichius in Fortalitio de Eucharistia hæresi 5. Bolengerus contra Plessæi de Eucharistia libri 1. c. 10. Coffetæus contra Molinæum, de Eucharistia c. 9. Iacobus Suares à Sancta Maria, vulgò apud nos dictus Portugallensis sermone 7. in Concionibus solennitatis corpore Christi. Ioannes Baptista Scortia de Missæ sacrificio libri 4. c. 29. Hieremias Ferrarius Antichristi c. 18. Zacharias Bouerius Examinis 4. generalis c. de Sacramento Eucharistiæ, 4. propos. Coffetæus in Defensione Sanctæ Eucharistiæ c. 9.

II. Sed alterumne tantum, an vtrumque? Hic schisma. Ortum pridem cum Bohemi auctore Ioanne Hus vtrumque velent. Quos contra, habemus etiam scripta Ioannis de Ragusio, tomo 3. antiquarum lectionum: Henrici Canisij; & inter acta Concilij Basiliensis tomi Conciliorum 4. part. 1. in editione Binnij: Item Ioannis Gerson de Communionem Laicorum: & Ioannis de Turrecremata in Canonem, Comperimus, de Consecratione dist. 2. Cardinalis Cusanus in Epistolis ad Bohemos.

III. Recruduit longè violentius nostris demum seculo; cum in tot tantisque Romanensium erroribus, nec potuit, nec debuit iste dissimulari, ab illis qui aliunde sumpta occasione, à paruis initiis progressi sunt in altum hoc mare Controuersiarum: mirati ipsi tam immanem sibi Augiæ stercorem molem exhauriendam. Itaque deinceps abundaturi sumus scriptis in hac materia polemici, cum vix quisquam Theologus professus sit, qui non etiam huc confertet quicquid habuit animorum, aut eruditionis. Vt in palmaris quæstionibus hæc sit fermè æquo loco cum Præsentia corporali, & Transubstantiatione, & Sacrificio: a quibus etiam nata.

IV. A Catholicorum partibus. Melanchthon in Apologia Confessionis Augustanæ. Caluinus libri 4. Institut. c. 17. §. 47. Petrus Martyr in 10. prioribus ad Corinthios, siue c. 11. Classis 4. Locorum Communium. Iuellus contra Hardingum artic. 2. Chemnitius 2. parte Examinis ad quintam sessionem. Hellepæus de tota Sacramentaria part. 3. c. 5. Wolfgangus Musculus in Locis Communibus, de reâ dispensatione Eucharistiæ, art. 4. Sadeel contra Manachorum Burdegalensium aburationis art. 16. Hospinianus historie Sacramentaria libri 2. c. 1. art. Eucharistia integra data: & libri 4. c. 6. & §. c. 4. Plessæus de Eucharistia libri 1. c. 11. & 12. Riuetus Catholici Orthodoxi tractatu 3. quæst. 11. Petrus Molinæus in Defensione Fidei Catholicæ art. 10. Surlinuis de Missa Papistica libri 4. à capite ad finem. Petrus Molinæus in Clypeo Fidei parte 2. lect. 35. & 36. Ioannes Scharpius in Cursu Theologico de Sacram. cœna controu. 2. de Elementis. Petrus Valadanus Apologiæ con-

VI. Et lesuitæ. Bellarminus de Eucharistia libri 4. c. 20. & octo proximis. Costerus Enchiridij capite 10. Beccanus tomi 2. opusculo 6. & 7. Salmero tomi 9. tractat. 34. 35. 36. 37. 38. Gregorius de Valentia, de legitimo vsu Eucharistiæ: & Commentariorum tomo 4. disput. 6. quæst. 9. punct. 5. Andræus Orthodoxarum Explicationum libro 7. Suares de Sacramentis disput. 71. Valques in 3. Thomæ, disput. 2. 15. & 216. Petrus Michaël in Controuersis de Sacram. Eucharistiæ Sacramento, dialogo 4. Richeomus de Missa libri 4. c. 60. & deinceps. Petrus Cotonus institutionis libri 4. c. 53. & 4. Edmondus Augerius c. 6. libro de Vera, reali & corporali præsentia I. su Christi in Sacramento Altaris. Toletus annotat. 27. in 6. Ioannis.

VII. Constat Eucharistiæ Sacramentum duabus externis partibus: id est, duplici materia, pane, & poculo: neque quenquam contradicentem

pati potest disertissima relatio institutionis apud Matthæum, Marcum, Lucam, Paulum: neque perpetua Ecclesie traditio. De panis distributione præter illam de Missa priuata, quæstio nulla est: nec dubitatur omnibus esse fidelibus distribuendus, si qui sese bene præparatos offerant.

VIII. At de poculo; longè alia mens est. Nemini enim distribui paritur Papistæ accedenti ad Sacerdotem, communionis causa. Duos enim ordines personarum distinguunt. Vnum solitariam ipsius Sacerdotis conferantis, siue conficiantis: & hunc dicunt necessariò debere vtramque speciem sumere. Alterum quorumcumque Christianorum, qui à conficiente communionem postulant: Hos esse vel Clericos cuiuscunque ordinis, vel Laicos: Omnibus tamen ex æquo Calicem negandum. In quam partem disertissima edicta sunt; primò Constantiensis & Basileensis, deinde Tridentini Concilij cum molesti essent quicunque institutionem primam præferrent indulta mutilationi.

IX. Concilium ergo Constantiense sessione 10. *Declarat, decernit, & definit; quòd licet Christus post Cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile Sacramentum, tamen hoc non obstante sacrarum Canonum autoritas laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesie seruauit, & seruat, quòd huiusmodi Sacramentum non debet confici post Cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à iure, vel Ecclesia concessio vel admisso. Et sicut hac consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentum reciperetur sub vtraque specie, postea à conficientibus sub vtraque, & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissimè credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo ab Ecclesia, & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diuinitimè obseruata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine Ecclesia autoritate prohibito mutare, Et post. Item decernit & declarat super ista materia, Reuerendissimus in Christo patribus & Dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum in spiritualibus Vicariis vbilibet constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur autoritate huius sacri Concilij sub pena excommunicationis, ut effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint. Paulo post in Concilio Basileensi sessione 30. Decernit & declarat, quòd fideles laici siue clerici communicantes, & non conficientes, nõ adstringuntur ex præcepto Domini ad suscipiendum sub vtraque specie panis scilicet & vini sacrum Eucharistia Sacramentum. Et paulo post, Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub vna specie, ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & hætenus diuinitimè obseruata, & à doctoribus diuina legis, Sacrarum Scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam longa uo tempore commendata pro lege habenda est, nec alicui licitum est reprobare aut sine autoritate Ecclesie ipsam immutare.*

X. Concilij Tridentini Sessio 21. c. 1. *Declarat, ac docet nullo diuino præcepto laicos & clericos non conficientes obligari ad Eucharistia Sacramentum sub vtraque specie sumendum, neque, vno pacto salua fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Vnde Canon primus, Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem sanctissimi Eucharistia Sacramenti sumere debere, anat hema sit. Videtur quædam Tridentini mollius loquuti quam Constantiensis: nam cum hi consuetudinem non distribuendi calicem fanciuerint habendam pro lege: nimirum ut nemini contra liceret: illi tamen nihil nisi neminem obligari. Sed satisfecit Catechismus ad Parochos, vbi sic legitur, Quod vero ad communicandi ritum pertinet, doceant Parochi, sanctæ Ecclesie lege interdictum esse, ne quis sine ipsius Ecclesie autoritate, præter Sacerdotes corpus Domini in sacrificio conficientes, sub vtraque specie sacram Eucharistiam sumat.*

XI. Sic Papistæ. At Catholicis, non tantum dicunt Eucharistiam nullam esse, si nullo sit communicatio; sed etiam communionem non minus esse aut legitimam aut necessariam poculi, quam panis. Itaque Confessio Heluetica posterior art. 21. *Accipiunt fideles quod datur à ministro Domini, & edunt panem Domini, ac bibunt de poculo Domini. Et post. Improbamus itaque, illos, qui alteram speciem, poculum, inquam, Domini fidelibus subtraxerunt. Grauius enim peccant contra institutionem Domini dicentis, Bibite ex hoc omnes: id quod ad panem non ita expresse dixit. Anglicanæ Confessionis art. 2. Populo vero ad sacram communionem accedenti, vtramque partem Eucharistia tradendam esse. Id enim & Christus inuissit, & Apostolos ubique terrarum instituisse, & omnes veteres Patres, & Catholicos Episcopos.*

XII. Hinc nata celeberrima controuersia; vtrum sit plebi æquè ac Sacerdoti concedenda communicatio Eucharistica sub vtraque specie. Quod Catholicis asserunt, negant Papistæ.

XIII. Quamquam Papistæ non manent intra hos terminos: sed addunt necessitatem: quasi sit quæstio concipienda in hanc formam, Vtrum distributio vtriusque speciei sit laicis necessaria. Bellarminus certè in hæc verba, *Vtrum necessario participanda sit Eucharistia sub vtraque specie, an satis sit sub altera.* Eckius homil. 33. præfixit hoc lemma, *An necessarium sit vtramque Sacramenti huius speciem sumere.* Multi alij similiter. Nec defunt quibus necessitas simpliciter nominata non satisfacere. Tappetus, *Non est laicis necessaria ad salutem communicatio sub vtraque specie.* Hosius, *Vel vnum aliquem profer ex quo tempore Christus hac verba protulit, qui sic ea sit interpretatus, ut esse de necessitate salutis diceret, omnes etiam laicos vtriusque speciei participes fieri.*

XIV. Atqui neutra phrasia apud nos vsquam est: verum aduersarij malitiosè vsurparunt, ut solent cuniculis agere potius, quam aperto Marte pugnare. Voluerunt sine dubio suspicionem iniicere tale quid de poculo sacro nos comminisci, quale ipsi somniarunt de Baptismi necessitate ad salutem. At nos testamur nihil tale concepsisse vel per somnium. Quòd si quæ sit necessitas dicenda, tum non aliam, quam institutionis. Eandem, quam & vtriusque dicimus Sacramenti ipsius: & vel Papistæ agnoscunt in altera specie, quæ panis est. Repeto. Omnino eadem necessitate plebi communicanda est vtraque species, qua necessitate eidem communicanda Eucharistia; aut in Eucharistia, panis. Hoc dum sit ita definitum, appellatio sanè indifferentiam, aut necessitatem, aut quicquid volent nostra nihil interest.

XV. Sed quando hæc est necessitas nominata, placet describere, quæ olim contra Bohemos disputauit Ioannes de Ragusio, & quidem in solenni

illo Basileensi Concilio. Viderint ij quibuscum nobis nunc certamen est, eæ quid sint probaturi, an contra, *Necessarium respectu finis est tripliciter distinguendum: quia aliquid dicitur necessarium respectu finis simpliciter & absolute, id scilicet sine quo nullo modo potest finis obtineri: alio modo ex conditione siue ex pacto, siue ex suppositione: tertio modo necessarium accipitur pro utili & expedienti. Primi exemplum, posito sine salutis, volitio diuina: secundi Baptismus: tertij consilia, quæ Papistæ nominant. Postea applicando tres sunt conclusiones, Prima; *Communicatio diuinitimè Eucharistia sub specie vtraque scilicet panis & vini toti credentium populo non est necessaria primo modo accepta necessitate. Secunda conclusio; Communicatio diuinitimè Eucharistia sub specie vtraque panis scilicet & vini non est necessaria toti credentium populo secundo modo accepta necessitate, nec à Domino præcepta Saluatoris. Tertia conclusio; Communicatio diuinitimè Eucharistia sub specie vtraque panis scilicet & vini consuetudine & statuto Ecclesie stantibus in oppositum, non est multum utilis nec salutis expediens toti credentium populo, imò est multum inutilis eidem & nocua.* Mirè; & vt strenuum Papistam decuit: qui cum multa dicere profiteretur de re tam necessaria: tamen de re tam necessaria nugaretur magnificè. Nam qui quærent vtrum necessaria sit communicatio vtriusque speciei, iidem quærent, vtrum debuerit inhiberi: & Valdenses in hoc ipso erant, vt docerent Romanitas perfidè egisse, qui inhibuerant. At iste fortis athleta inhibitionem supponit, quasi legitimam: & hac posita egregiè triumphat eam communionem non solum non esse vilem, sed & noxiam. Et nemo admiretur scholastica ingenia? Nostris aliquanto fuit infelicius seculum: quibus id ipsum probandum susceptum est, quòd ille maluit supponere.*

XVI. Verum peccant aliud peccatum, cum disputant non esse necessariam vtriusque speciei communionem. Necessitas enim negari potest, etiam cum nulla est opposita prohibitio. Exempli gratia: Cum dicitur nulli esse necessarium vxorem ducere: longè id est aliud, quam cum Papistæ dicunt non esse liberum Sacerdoti ducere vxorem. Nam illud significat esse positum in cuiusque arbitrio, vt fiat, necne: hoc vero præcisè esse prohibitum, aded vt velis, nolit, sit obtemperandum. Itaque Papistæ in disputando nunquam ita constituent statum quæstionis, an sit necessaria Sacerdoti ducere vxorem. In hac Controuersia, cur fit aliter? Non enim calicis sumptionem tantum negant esse necessariam: sed amplius & durius: æquè prohibitam plebi, ac Sacerdoti vxorem. Mentior? an imposuit mihi Concilium Constantiense, in quo dictum consuetudinem illam habendam pro lege? Imposuit Dominicus Soro; cuius hæc totidem verba, *Posterior conclusio Ecclesie consulti simè ac sanctissimè interdixit populo huiusmodi sanguinis communionem. En interdixit. Vnde & prius priuilegium, indulgentiam: quam sine interdictione intelligi nefas. Verba recito, Quo fit vt per Ecclesiam priuilegium possit nunc etiam indulgeri quibusdam illustribus vt Casari, & regibus, & Cardinalibus non Sacerdotibus vt possit cum omni decetia, & cautela sanguinem sumere. Sed grauius longe Salmero tractatu 34. Laici non possunt communicare sub vtraque specie, nisi porrigentibus Sacerdotibus: rursum Sacerdotes tradere non possunt, nisi concedentibus Episcopis, quibus debent parere: rursum Episcopi etsi maximè vellent, non possunt concedere, quòd aut Concilium generale, aut Catholica Ecclesia moderator Romanus Pontifex grauissima lege interdixerunt. Valques disput. 216. c. 4. Reliquum est vt ostendamus iure optimo Ecclesiam Latinam vsu calicis laicos in vniuersum priuilegium & communionem sub vna tantum specie illis reliquisse. Et vos adhuc tam languidè disputatis, Sophistæ, vt probetis hoc tantum, non esse necesse? Enim verò quis non concedat non esse necesse bibi vinum? Et tamen Mahometes tum alias detestandus, tum hoc nomine odiosus, quòd vino interdixit. Et vos, Sophistæ; quod in Mahomete non probetis; ei simile quid laudatis in vestra: quid dicam? Ecclesiane, an Synagoga? Vtrumlibet: nam & malignantium Ecclesiam legimus.*

XVII. Nobis quidem legitima causa est disputandi, vtrum plebi possit iure prohiberi altera species. Nam si permitteretur cuiusque arbitrio, tolerabilior foret Ecclesie Romanæ conditio: & accusatio, aut tota, aut certè grauissima recideret in capita singulorum: quo, um siue negligentia; siue superstitionem, siue quid aliud in promptu esset culpæ. Quomodo olim Chrysofostomus, etsi nullum crimè exaggeraret suæ Ecclesie; tamen grauius conquebatur negligentiæ singulari communionem: nempe quia id peccati, quantumuis grauis, a nullo esset Ecclesie decreto. At nunc nos, cum videamus Romanam Ecclesiam, non modò habere non bibentes: sed etiam vrgere suis certis & violentis edictis, vt non habeat bibentes, necessitas ipsa cogit, vt iuri fidelium ne desimus aduersus tantam tyrannidem.

XVIII. Itaque, quicquid obtendatur, non patimur Costerum edicentem, *Totam quæstionem in eo versari, an huius Sacramenti institutione, vtriusque speciei sumptionem ita omnibus mandauerit, vt citra peccatum, nulli liceat sub altera tantum specie communicare.* Nam vt obiciantur impunè abstemiij, vt Ambrosius opponatur, si forte accepto pane expiantur antequam possit calicem accipere: & huiusmodi singularia incommoda. Dic Costere, vt citra peccatum possit cuiquam nedum omnibus interdici altera species, ac tum legitime disputato.

CAP. II.

Ut vni violari possit institutio Eucharistia.

I. Nobis affirmandi, vt aliàs, immobile fundamentum institutio Christi. Quam institutionem non tantum tres Euang. listæ recitarunt, sed etiam Paulus renouauit, restitutorum ordinem celebrationis apud Corinthios: & post Paulum, omnes liturgiæ: haud secus ac Nautæ in vasto pelago Cynosuram semper habent in oculis.

II. Nulla Sacramenti institutio diuina est violanda. At communicatio plebis sub vtraque specie est institutio diuina. Ergo communicatio plebis sub vtraque specie non fuit violanda. Potentissimum argumentum: quo spes erat motum iri, vel cautes Marpesias: nedum Papistas. Sed Papistæ vel cautibus Marpesias duriores, non magis hoc argumentum curant, quam numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Armati enim solita sua topistiche aduertunt, inuertunt, peruertunt, tum res, tum nomina, vt vix scias, quo locos. Atende, tu quisquis es pietatis amans; & admirare artes non iam Pelasgas, sed Romanas.

III. Sophisticatur varie. Sunt qui maiorem sollicitent: sunt qui mi-
nozem impugnent. Ordine nos utroque. Maiorem confirmamus facile
Primo ex positio libro 1. huius tomi cap. 11. Sacramenta nulla esse signa na-
turalia, sed instituta omnia, & quidem à Deo, non ab vlla creatura. Vnde
Eckio dictum, Vnica illa divina voluntas sufficiens nobis est causa Sacra-
mentorum. Quod si igitur tota Sacramenti essentia est ab institutione diui-
na, profecto hac violata, non potest ipsum Sacramentum consistere. Itaque
potest quidem humana temeritas institutionem violare; sed simul hanc
violare & Sacramenti rationem retinere, non potest.

IV. Significavit aperte Paulus II. prioris ad Corinthios, cum dixit, Cum
communitis eodem loci, hoc non est Dominicam Cœnam edere. Et adhibebant
tamen aliquam partem institutionis, at non vniuersam; nempe enim com-
munionem violabant; quæ discrete continetur in institutione. Hac ego vio-
lata; non tantum dixit Paulus, non bene celebrari, sed præcisus negavit ce-
lebrari. Tum statim, vt restitueret legitimam celebrationem, repetit in-
stitutionem. Quasi expresse diceret legem celebrandæ Eucharistiæ hanc
esse. Et vero Ambrosius magnifice, alias à nobis laudatus, commentario in
id caput, mentem Apostoli explicauit, Iudicium dicit esse Domino, qui aliter
mysterium celebrat, quam ab eo traditum est. Non enim potest deuotus esse, qui
aliter præsumit, quam datum est ab auctore. Itaque præmonet, vt secundum
ordinem traditum deuota mens sit, accedentis ad Eucharistiam Do-
mini.

V. Paulum imitatus Cyprianus Epistola 63. Aquarios sui temporis
compescuit, proposita institutione, Quamquam sciam, frater charissimè, E-
piscopos plurimos Ecclesis Dominicus in toto mundo diuina dignatione præposi-
tos Euangelicæ veritatis ac Dominicæ relationis tenere rationem, nec ab eo
quod Christus magister præcepit, & gessit, humana & nouella institutione
decedere: tamen quidam vel ignoranter vel simpliciter in calice Dominico san-
tificando, & plebi ministrando, non hoc faciunt, quod Iesus Christus Dominus
& Deus noster, sacrificii huius auctor & doctor, fecit & docuit, religiosum pa-
riter ac necessarium duxi de hoc ad vos iteras facere. Postea, Amonitos nos
scias vt in calice offerendo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à no-
bis, quam quod pro nobis Dominus prior fecerit, Et multis interpositis, post re-
citatum ex Matthæo & Paulo institutionem, Quod si & à Domino præcipi-
tur, & ab Apostolo eius hoc idem confirmatur, & traditur, vt quotiescunque
biberimus in commemorationem Domini faciamus, quod fecit & Dominus;
inuenimus non obseruari à nobis quod mandatum est, nisi eadem qua Domi-
nus fecit, nos quoque faciamus: & calicem Domini pari ratione miscemus à di-
uino magisterio non recedamus. Ab Euangelicis autem præceptis omnino recedendum
non esse, & eadem qua magister docuit & fecit, discipulis quoque obser-
uare & facere debere, constantius & fortius alio in loco beatus Apostolus do-
cet, dicens, Miror, quod sic tam cito demutaminini ab eo qui vos vocauit ad gra-
tiam, ad aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt alioqui qui vos tur-
bant, & volunt conuertere Euangelium Christi: sed licet nos, aut Angelus de
caelo, aliter annunciet præter quam quod annunciauimus vobis anathema sit;
Rursus aliquanto post, Non est ergo, frater carissime, quod aliquis existimet
sequendum esse quorundam consuetudinem, si qui in præteritum calice Domi-
nico aquam solam offerendam putauerint, quarendum est enim ipsi, quem sint
sequeuti. Nam si in sacrificio quod Christus obulit, non nisi Christus sequen-
dus est: utique nos id obaudire, & facere oportet, quod Christus fecit, & quod
faciendum esse mandauit, quando ipse in Euangelio dicit, Si feceritis quod
mando vobis, tam non dico vos seruos, sed amicos. Et quod Christus debet so-
lus audiri, pater etiam de caelo contestatur dicens, Hic est filius meus dilectis-
simus, in quo bene sensi, ipsum audire. Quare si solus Christus audiendus est,
non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum putauerit: sed quid, qui
ante omnes est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem se-
qui oportet, sed Dei veritatem. Iterum, Quod si nec minima de mandato Domi-
nicæ licet soluere: quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Domi-
nicæ passionis, & nostræ redemptionis Sacramentum pertinentia, fas non est in-
fringere, aut in aliud, quam quod diuinitus institutum sit, humana traditione
mutare: iterum, Ceterum omnis religionis & veritatis disciplina subvertitur,
nisi id quod spiritualiter præcipitur fideliter seruetur.

VI. Non potuit magnificentius; non potuit vehementius; non potuit
potentius à nobis causa nostra defendi. Theſin ponit: Præcepta Domi-
ni nostri Iesu Christi esse constantem retinenda, & omni humanæ consue-
tudi præferenda. Addit hypothesein institutionem Eucharistiæ esse præ-
ceptam Domini. Concludit institutionem Eucharistiæ non esse violan-
dam. Vtinam audissent conciliabula illa Constantiense, Basileense, Tri-
dentinum; quibus fundamentum decreti est consuetudo longa: & qui-
dem indignissimum in modum, opposita institutione Christi, Licet Chri-
stus, suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc ve-
nerabile Sacramentum, tamen hoc non obstante sacrorum Canonum autori-
tas laudabilis & approbata consuetudo Ecclesie seruauit, & seruat; Quam
procul à Cypriano?

VII. Nam quod Billius annotauit; si per omnia fieri vellent Cyprianus
idipsum quod Christus fecit, etiam post Cœnam offerre nos oportebat
facillimum: quod tamen contra disputet, negligentiam Pamelii testatur.
Neque enim Cyprianus; neque quisquam Catholicus dixit omnia facien-
das quæ fecit Christus: sed quæ fecit, & docuit. Verum id paulo post recur-
ret, plenius differendum.

VIII. Nec solus Cyprianus hac arte repressit errores; sed & Iulius Pa-
pius Papa apud Gratianum capite, Cum omne crimen de Consecrat. dist. 2.
variis propositis in hoc Sacramento peccatis, Quod quam sit Euangelicæ &
Apostolicæ doctrina contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ aduersum, non
difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa Sacramento-
rum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis
nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, nulli lac, sed panem tantum
& calicem sub hoc Sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in Euange-
lica veritate; Accepit Iesus panem & calicem, & benedicens dedit discipu-
lis suis. Negat institutionem Christi retinendam; enervas Iulii huius argu-
mentum.

IX. Contra maiorem tamen disputauit Roffensis & Latomus. Si
quod maius est immutare potuit Ecclesia, potuit & quod minus est. Sed ea
Christi institutum in re multo maioris momenti non ambiguitur mutasse.

Quis igitur non intelligit Ecclesiam licuisse nonnihil circa Eucharistiæ Sa-
cramentum dispensare? Assumptum probat, exemplo Baptismi, qui cum
sit maioris necessitatis, & iussus ministrari hac forma, In nomine Patris, &
Filij, & Spiritus sancti: tamen Ecclesia mutarit, & baptizari cunctos vo-
luerit in nomine CHRISTI. Item Sabbathum mutatum in diem Do-
minicam: & abrogatum mandatum Apostolorum de suffocato & san-
guine.

X. Respondeo. Primum negans esse necessariam consequentiam. Nam
exempli gratia, si Roffensi concedamus maius esse Baptismum Eucharistiæ,
quia magis necessarium, & licuisse Ecclesie mutare formam Baptismi, tamen
neque nos concesserimus, neque spero Roffensis dabit, licere Eucharistiæ
mutare aut materiam, vt pro pane pira substituat: aut formam, vt pronuntiet,
Hæc est passio mea.

XI. Secundo, nego assumptum. Et hic primum quicquam nego maius
Sacramento Eucharistiæ præferri in exemplis. Non Baptismum. Nam Rof-
fensis ipse etſi posuerit maius, tamen non est ausus assumere, sed mutauit in
maiorem necessitatem. Quod non est idem. Exempli gratia, maioris neces-
sitas est corpus alere, quam magistratum exercere; cum illud pertineat ad
esse, hoc autem tantum ad sic esse. Et tamen maius aliquid est exercere ma-
gistratum, quam corpus alere, vnde & medico multo licent in corporis nu-
tritionem plura, quam in magistratus officium. De Sabbatho, & suffocato
res ipsa loquitur. Etenim ceremoniæ Iudaicæ nullæ maiores sunt Sacramen-
tis Ecclesie. Erat autem Sabbathum ceremonia Moisaica. Rursus; obser-
uationes temporales nullæ maiores sunt ceremoniis perpetuis, at abstinen-
tia à suffocato, fuit obſuetatio temporalis, vt alias nobis est disputa-
tum.

XII. Rursus nego quicquam in iis Ecclesiam mutasse. Non enim in
Sabbato aut suffocato, quia Spiritus ipse Sanctus immutauit; qui docuit
per Apostolos non esse nobis obseruandos dies, aut tempora, non esse
propter conscientiam inquirendum in cibis propositos. Nec vero vl-
lum in eas res decretum datur Ecclesie, à quo primo cœperit abrogatio.

XIII. In Baptismo nulla mutatio fuit: Nam quod dicunt Apostolos
baptizasse in nomine Domini, nullam Sacramenti formam designat.
Photius Bibliothecæ cap. 190. ex Eulogij sermone 2. Το εἰς ἡμεῖς ἐστὶν εἰ-
ρηδὸν ἐπὶ τῷ ἵερῷ τῷ Ἰωάννῃ βαπτισμῶς, ὃν ἀνέκλυτος ὁ ἱερατικὸς
Καθὼς τὸ ὄνομα τῷ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐστὶν, Quod in actis dictum est de iis qui habe-
bant Iohannis Baptisma, postquam audiissent fuisse baptizatos in nomen Do-
mini Iesu, huiusmodi est. ὃν ἱερατικὸν καὶ τῷ Ἰωάννῳ, καὶ διδου-
σῶν καὶ τῷ κυρίου Ἰησοῦ, Baptizatos fuisse iuxta traditionem & doctrinam
Domini Iesu. τῶν ἐν εἰς τὸ ὄνομα Ἐπαύσης καὶ Ἰησοῦ, καὶ Ἐγὼς πρῶτος
ἱερατικὸν καὶ. ἔτι ἰδὲ καὶ καὶ παρὰ τὴν βαπτισμῶν ὁ κύριος Ἰησοῦς
ἔλεγεν, Id est, baptizati fuerunt in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti
Sic enim docuit, & tradidit baptizare Dominus noster Iesus Christus. Ita-
que recte Caluinus in 2. Actorum. Nego Petrum hic de forma Baptismi lo-
qui, sed simpliciter indicare totam Baptismi virtutem contineri in Christo.
Et post, In eo tantum posita est solutio, quod hic non agitur de certa bap-
tizandi formula, sed reuocantur fideles ad Christum, in quo solo nobis confertur,
quicquid Baptismi figurat. Beza notatione in eundem locum; In nomine
Iesu Christi, id est dans Christo nomen, cuius mortis, sepulture, ac resurre-
ctionis sumus in Baptismo participes cum peccatorum remissione. Nec enim hoc
declarat formulam Baptismi, sed finem & scopum. Iuellus argute sectio 9.
In nomine Christi baptizare, est ita baptizare, vt Christus, præscripsit, in-
stituit, sanxit. Ista autem verba, in nomine Christi, nihil magis euincunt
Baptismum Christi tantum nomine fuisse administratum nec cuiusquam al-
terius, quam hæc; Paulus seruus Iesu Christi, Paulum Christi tantum, non
etiam Patris, Spiritus sancti fuisse seruum arguunt, aut hæc verba, qua Pau-
lus loquutus est ad custodem carceris, Credo in Dominum Iesum, illum
in alteras duas Trinitatis personas credendū necessitate liberant, atque
soluunt.

XIV. Sed & Papiæ tandem. Bellarminus de Baptismo cap. 3. Quod
autem Lucas dicit in actis baptizasse Apostolos in nomine Domini Iesu, potest
intelligi multis modis, nimirum vt baptizasse dicantur in fide Domini Iesu, vel
auctoritate DOMINI IESU, vel Baptismo à CHRISTO insti-
tuto, vel denique in nomine Domini Iesu, sed non solius, verum adiun-
cto Patre, & Spiritu sancto. Conſentit Suares. Soto in 3. distinct. 4. arti-
culo 6. Admonebant eos quos baptizabant, non baptizare alio Baptismo,
quam Domini Iesu. Non quod dicerent, baptizo te in nomine Iesu, quasi il-
la esset forma, sed quod admonebant eos baptizare Baptismo Domini Iesu, &
in nomine & potestate eius, sed tamen sub illa forma, in nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti Iansenius Concordiæ capit. 149. Cum dicuntur a-
liqui in Actis Apostolicis baptizari in nomine Iesu Christi, significatur in ba-
ptizandis illis expressum tantum nomen Iesu Christi, sed eos in fide Iesu Christi
aut in merito eius, & efficacia passionis eius baptizatos, quomodo Paulus in suis
Epistolis dicit nos omnes baptizatos in Christo Iesu.

XV. Quare Roffensis nimis stolidè maiorem impugnavit. Hardingus
paulo aliter. Restricta diuini decreti sancto sine peccato potest aliquando
omitti, in huiusmodi rebus, quæ neque ex se ipsæ, neque ex legis naturæ
proſcripto necessario sunt obseruandæ: ita tamen vt magnæ grauesque
causæ exigant. Sic Dauidem comedisse panes propositionis. Circumci-
sionem fuisse per annos quadraginta omissam in deserto: Maccabæos
Sabbato arma sumpsisse contra Antiochum. Ecclesiam baptizare infan-
tes non institutos, & iudicasse asperſionem sufficere. In Eucharistia ip-
sa, omitti lotionem pedum, & præeuntem Cœnam; & accubitus; & nu-
merum duodenarium.

XVI. Respondeo implicari res genere discrepantes. Vnius ordinis ef-
fe illa ex Veteri Testamento, alterius ista ex Nouo. Nam illa primum
facta fuere singularia, non vltius aut instituti aut consuetudinibus, cum ta-
men hæc controuerſia sit nobis cum Papiſtis, de stricta prohibitione al-
terius speciei. Dicam clarius, nunquam olim sancitum propter Dauidem,
vt omnes comederent panes propositionis: nunquam propter illos in de-
serto, ne quisquam puer circumcideretur, nunquam propter Maccabæos,
ne quis posthæc Sabbathum sanctificaret. Quomodo Constantiæ, Basileæ,
Tidenti, propter maleferiatam quorundam consuetudinem statutum ne
I 4 quis

quis e populo calitem auderet contingere. Et quid est quæso, quod non possit infinitis incommodis non præuis aliquando interturbari? Soto notat posse accidere, ut in baptizando vnus personæ prolato nomine vel infans obmutescat, nec abest à verisimili. Eya igitur decernito Concilium aliquod Tridentinum, ne post hac tres personæ exprimentur. Fieri poterat vt qui Imperator veneno sublatu est in hostia sumpto, aliquo indicio rem comperisset, quis dubitet, prudenter fuisse facturum, si abstinuisset?

XVII. Atqui Christus *τὴν ἁγίαν τὴν νόμον, transgressionem legu.* Matth. 15. longe aliter est interpretatus, *Deus iussit, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et qui maledixerit patri, matri, & moriatur.* Hoc mandatum est. Transgressio cuiusmodi? An cum necessitate quæ vltima pressus filius patri non suppeditari necessaria? Minime vero. Sed, *Vos autem dicitis: quicumque Patri dixerit aut matri: Donum est, quocumque à me inuari possit.* Cur non hic similiter?

XVIII. Præterea ista violandi prætextantur magnæ grauesque causæ. Scilicet quomodo magna grauisque causa fuit fames Davidis, periculum vitæ circumcisus in deserto, exterminium populi Maccabæis. Quæ omnes causæ, & violentæ fuerunt, & extra ordinem. Ast hic nullæ tales. Certæ nullæ viuentæ, quis enim dixit? Nullæ extra ordinem, quandoquidem ex iis lex facta ordinata. Quid quod neque magnæ grauesque? Nam ne Patristæ quidem tales vilas notant, sed quilibet supererogationis, quas suo loco examinari sumus.

XIX. Alterum genus remotissimum est ab hoc nostro argumento, baptizari infantes non institutos, quo prætextu est contra præceptum? Scimus dixisse Christum, *Docete omnes gentes, baptizantes eos.* Sed est ne dictum in baptizate eos, qui eruditionis non sunt capaces? Tunc enim transgressioni locus esset. Sed non est dictum. Maldonatus aduersus eos qui hoc loco abutebantur, vt negarent baptizandos infantes, *Non animaduertunt Christum hoc loco non vetare baptizari eos, qui doceri non possent; sed tantum iubere omnes qui prius docti fuerint, baptizari.*

XX. Baptismo sufficere aspersio existimata. Nimirum, inquam, quia hæc ipsa significatur etiam per *τὴν βαπτίζαν*: quia fiat lauandi gratia, quantum sine mersione. Marci septimo. *ἰὼ μὴ βαπτίζω) ἢ ἐκ ἰδίου; nisi loti fuerint, non edunt.* Lucæ 11. *ὁ πῦρ πῦρ ἵνα βαπτίζω) τὸν τῆς ἀβύσσου, non prius ablutum fuisse ante prandium.* Quis credat, toties immerfos totos in aquam, quoties vellent prandere? An potius partem aliquam corporis, puta manus? Nam & hæc dilecte præcedunt apud Marcum: qui paulo post nominat *βαπτίζαν τὸν ποταμῶν, Βαπτισμα calicum, quæ tamen sciunt omnes fieri non mergendo, sed aspergendo, & post aspergionem tergenda.* Quare si qui aspergit lauat. Et lauare est baptizare, non facit contra baptizandi præceptum, qui aspergit.

XXI. Lotionem pedum, Cœnam præeuntem, accubitum, numerum duodenarium, quis probabit in iis esse quæ in Eucharistiæ institutione mandata sint. Quin vide. Tam nihil faciunt partes huius institutionis; vt Paulus institutionem repetens, ne meminerit quidem: imo neque indicarit. Cur ergo retenta essent in celebratione Eucharistiæ? Circumstantiæ fuerint. Esto sane. Sed nemo vnquam sic insaniit, vt omnes circumstantias actionum Christi dixerit obseruandas. Cyprianus inculcabat; ea quæ Christus fecisset, & docuisset. Nec nos inde auimus. Si sumpsisset panem, nec addidisset, *Accipite, edite;* nam certe importunum esset vrgere perpetuum elum; quam accubitus: & si non tantum accubuit, sed etiam dixisset, *Accubite;* tam serio accubendum esset, quam edendum. Sed n: utrum est, accubuit, non iussit accubere: Dedit panem; & iussit edere. Itaque nemo prohibuit vnquam, edi panem à plebe. Cur aliud iudicium de poculo, quod non tantum sumpsit, sed etiam tradidit: nec tradidit tantum, sed iussit bibere? Imo vide sceleratam audaciam. Accubuit Christus, non iussit accubere: & tamen nemo prohibuit vnquam accubere. Tradidit Christus, & iussit bibere, & ausi sunt Pa. p. ita, non bibere potum. Hoccine inceptum est Catholicum? Hoccine humanum?

XXII. De lotione pedum, etsi non pertinet ad Eucharistiæ, tamen in primam speciem plausibilior est obiectio, propter hæc verba, *Deberis alij aliorum pedes lauare. Exemplum enim præbui vobis, vt prout ego feci vobis, etia & vos faciatis.* Sed habet tamen nihil solidi. Quare? Quia nulla hæc institutio: sed ipso proficitur Christo, exemplum duntaxat. Est autem exemplum alicuius positæ legis, indiuiduus vsus, viam monstrans aliis. Prioris Petri secundo, *Christus passus est pro vobis, reliquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Non vt similitur paterentur, id est, seruat omnes circumstantias iisdem: sed vt similitur prout se res dabunt: vt, etsi Christus crucifixus sit, tamen non omnes teneantur crucifigi, sed nonnullis accidat capite truncari, aliis excoriari, aliis alter.

XXIII. Eadem ratio huius loci. Exemplum præbuit Christus humilitatis & caritatis, quæ lex est vniuersalis; cuius hic actus est indiuiduus; indicans quovisque se quisque demittere debeat, vt vere Christianam caritatem exerceat in fratres; non *τὸν πόδus* lauans pedes, sed prout se res obtulerit, ne dedignatus quidem hoc ipsum vilissimum officium, si ita opus sit. Quæ ratione exempla esse possunt altunde quam à Christo. Et quidem eorum, qui nihil instituerunt, aut etiam potuerunt Iacob. 5. *Exemplum accipite laboris & patientiæ, Prophetas.* Ad Titum 2. *In omnibus teipsum præbens exemplum bonorum operum.*

XXIV. Caluinus, Nunc facti sus rationem aperit: nempe se, qui Magister est omnium & Dominus, exemplum tradidisse quod sequantur per omnes: ne quis ad officium, quantum abiectionem & vtilitatem, fratribus suis & aequalibus præstandum descendere grauetur. Nec simpliciter modestiam docere voluit; sed simul præscribere hæc caritatis regulam, vt alij eius vicissim seruiant. Catechismus, in vna specie officij, totum genus officiorum intelligimus. Ita quoad explicando debuit abluendi pedes; comprehenditur debuit cuiusque officij, tam corporalis quam spiritalis. Intendit ergo ad litteram Iesus vt ab ipsius exemplo cognoscamus nos debitorum inuicem ad mutua officia, quibus opus est, tam ad corpus, quam ad spiritum. Maldonatus, Suo exemplo humiles esse docet: sed speciem ponit pro genere: nam per lotionem pedum, quod omnium ministeriorum humillimum est, omnia exempla, omnia ministeria intelligit humilitatis. Salmero tom. 9. tract. 8. *Lauare pedes sine meta; hora per Synecdochen, est omne officium etiam abiectionis, & contemptum, & opus misericordie corporea circa corpus proximi inuandum impendere. Conuenit enim Scriptura per vnum*

opus multa significare. Estque sensus: Nisi tantam habentis caritatem, & humilitatem, vt parati sitis in necessitate quacunque, etiam ad abiectionem, & laboriosissima ministeria proximo exhibenda, etiam ad lauandos pedes, saluis fieri minime potestis. Habuerunt omnes à Theophylacto, *ὁμοίως ἀναγκασθέντες ἕκαστος ἀλλήλων νίωσαν τὸς πόδus, τὰς τὰς πᾶσαν διαγωγῶν ἀλλήλοις ὑπερβαίνοντες.* *Ἄλλ. ἂν τὸ ἵπτεν, ὅπερ ἐκ τῆς ἰπτεῖας δόκει, καὶ τὸς ἀλλὰς ποδῶν ὑπερβαίνοντες ἐπιμυστικῶς τὸν πόδus, Vobis necessarium est mutuo lauare pedes, hoc est, quodcumque ministerium mutuo prestare. Nam per lotionem, quod infimum est obsequium; etiam reliqua, multoque magis honestiora debemus exequi.*

XXV. Sed enim, inquit, Bernardus hanc lotionem appellauit magnum Sacramentum, in sermone de Cœna Domini.

XXVI. Ita sane, inquam: At non Sacramentum propriissime, ide est, eiusdem definitionis cum Baptismo & Eucharistiæ: vt alias nominauimus. Bellarminus de Sacramentis libri 2. cap. 24. *Respondeo lotionem illam pedum, nihil habuisse commune cum Sacramentum proprie dictis, & solum posse dici Sacramentum largo modo, quemadmodum Sacramenta dicuntur omnia, quæ mysticum sensum habent, & figura sunt, ac typi aliarum rerum.* Rationes subiecit: postea de Bernardo, alique Patribus, *Facile est, inquit, respondere. Nam Ambrosius vocat Sacramentum & mysterium, quia in ipsius Ecclesiæ seruabatur, vt sacra ceremonia, & vt aliquid Sacramentale: tamen non putabat ipse esse hanc lotionem proprie dictum Sacramentum. Cyprianus & Bernardus si attente legantur, non dicunt ipsam lotionem pedum materialem esse Sacramentum, quo homines sanctificantur, sed solum dicunt illam vnicam lotionem pedum Apostolorum à Christo factam fuisse Sacramentum; quia per eam significabatur aliquid sacrum, quod in nobis quotidie fieri debet.*

CAPVT III.

De verbis, Bibite ex eo omnes.

I. Nihil igitur opponi potest; quominus lex sit Ecclesiæ prima illa institutio Eucharistiæ: quemadmodum Baptismi institutio lex est. Et olim Paschatis, Circumcisionis, Sacrificiorum. Nunc ad minorem pergo; quæ docuit distributionem poculi esse Institutionem diuinam in hoc Sacramento Eucharistiæ. Nam ne hanc quidem non impugnamdam putarunt aduersarij. Nos probamus facile: nisi nolentibus, nihil posset esse facile. Probatio erit partim à iure, partim à factis. Ius partim in præcepto, partim in ratione.

II. Præceptum in verbis distinctis institutionis, primum istis Matthæi 26. *Et accepto poculo, ac gratias actus dedit eis, dicens, Bibite ex eo omnes.* Lucæ 22. *Et accepto poculo, quum gratias egisset, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis ipsis.* Certe eandem in his verbis vim esse oportet, quam in altera parte, *Accipite, edite,* vbi manifestissimum est institui vsum panis in commune, ideoque istis etiam similiter. Nam & Lucas, Paulusque indicarunt, cum recitatio prioris membro; ad secundum transeuntes, dixerunt, *ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον, Similiter & poculum: quod explicauit Syrus, Similiter & postquam cœnauissent etiam calicem dedit.* Suares Lusitanus, *Eodem plane modo, qui dixit corpus suum præ manibus habens, manducate ex hoc omnes, hoc est enim corpus meum: ita calice accepto, dixit eis, bibite ex hoc omnes, sanguis enim meus est Noui Testamenti.* Si eodem plane modo vtrumque dictum, ergo & eadem emphasi.

III. His politis manifesta sit vis argumenti. Habebamus probare, quod erat in minore positum, communionem plebis sub vtraque specie, esse diuinam institutionem Sacramenti Eucharistiæ: Sic ergo probamus. Quicquid Christus iussit fieri in celebranda Eucharistiæ, id pertinet ad institutionem Eucharistiæ: At Christus in celebranda Eucharistiæ iussit vtramque speciem distribuere: Ergo vtramque speciem distribuere pertinet ad institutionem Eucharistiæ. Assumptum probatur, quia de pane dictum, *Accipite, edite,* de vino similiter, *Accipite, bibite omnes.* Tiletanus, *Quantum ad Christi institutionem attinet, communicatio vtriusque speciei est tam laicis, quam Sacerdotibus.* Gorranus, ad ea verba, *Et dedit illis dicens, de calice; Hic subditur institutio, & communicatio, vbi tangit quatuor. Primo, Sacramenti veritatem, cum dicit, Hic est sanguis meus. Secundo, dignitatem, ibi, Noui Testamenti: Tertio, vtilitatem, ibi, Qui pro multis effunditur: Quarto, communicandi generalitatem, ibi, Bibite ex hoc omnes.*

IV. Aduersarij quid agunt? Imo quid non agunt? quem non mouent lapidem? Et negatione terrent; & distinctionibus fatigant. Negant minorem vterque Suares; tum Franciscus ille Salmaticensis; tum Iacobus alter à Sancta Maiia, sed varie. Porro: Hæc verba non sunt præcipientis, sed inuitantis, seu dantis, vt solet fieri in quocumque conuiuio, vt quando Christus dixit Ioannis 20. *Accipite Spiritum sanctum: nihil præcepit, sed dedit, simulque explicuit, quid daret.* Posterior: Addi potest obseruatio quædam non inutilis; verba scilicet Christi imperatiua, siue res spirituales, seu naturales, seu supernaturam constitutas spectent, offerri tantum ad tribuendam potestatem, ac libertatem eius rei, quæ ab eo præcipitur: sed nequam eum cui hæc præcipiuntur obligare. Verbi gratia, quod in Genesi legitur, *Crescite, & multiplicamini super terram, & homini & ceteris animantibus dicitur; & his verbis conceditur eis potestas gignendi, & multiplicandi, nec tamen ad id agendum adstringuntur.*

V. Sed quid negant, quæso? Duo enim sunt; vnum de pane, *Accipite, edite;* alterum de calice, *Accipite, bibite:* Vtrum ergo negant in posteriore tantum esse præceptum, an in vtroque? Nam si hoc: Ergo nullum est communionis præceptum. Quod tamen contra Patribus assertum. Iustinus Apologia 2. cum post descriptam Eucharistiæ, & in eo præcipue communionem vtriusque speciei, Nam Apostoli, inquit, in Commentariis à se scriptis, quæ Euangelica vocantur, ita tradiderunt, cœnam illam cuius, præcepisse sibi Iesum. Chrysostomus in 1. ad Corinthios homilia 27. *Paulus volens terribilem reddere orationem, Recordamini, inquit, quod hanc vobis dedit postremam mysterij institutionem, & in ipsa nocte, qua pro nobis erat occidendus, & ad me cœnauit, hæc mandauit.*

VI. Et ratio contradicit. Nam quia Sacramentum omne ceremoniæ est; nulla au-

In autem te oportuit notatum. Nam lotionem: datus in poculo verbis: tur Apostolus: cantur, vt cæptior Theopationes in Mandata: VII. A esse præceptum illius: deatur, licet ceptum, & præcipitur, tunc quoque lotionem de Cæ: VIII. explicat: 7. pau sum a liberent at simpliciter: tunc præsent quorum illi elicitur: ibi: solum: IX. Ve sed dat dan sine manda bem, nihil re præcipitur: dum; vt qu illis hoc edite, bibite: X. Cor tionis. Nam Quare? Q rationem a edere, & bi que Chryl ad effectum: XI. tem: vt ceptum di mittitur: C temini ma ba imperat ceptum, co tis, hæc ve stem & li memores: XII. V huius Pertin sentem, & ad norma miterio. E perpetuum autem ma: XIII. to. Non p trahit leg muni, agno bitis, & si q portente non iube: XIV. tres conten: XV. sum obrul: XVI. flic, ergo quam præ: XVII. x, allecreat cepto. Cyp salice Dam Christus se pertinebat docuit, in Colectat: XVIII. dicitur: XIX. feli panem: tur enim in dicitur: dicitur. Hoc fal ordinata,

In autem ceremonia sine ritibus: & hinc ritus non nisi ab institutione: ergo oportuit non materiam tantum, sed etiam ritus institui. Et ita semper factum. Nam in Baptismo non tantum aqua indicata; sed etiam aqua usus, ad lotionem: & inde illud, *baptizate*, intellectum est præceptum. Certe Maldonatus in postremum Matthæi, *Forma quoque Baptismi*, inquit, *prescribitur* his verbis: Iansenius Concordiæ cap. 149. *Tria apud Mattheum iniunguntur Apostolis, quæ eunt in uniuersum orbem facere debeant: hæc tria explicatur Theophylactus. In omnes gentes mittit, et trahat, et baptizet*; iubens baptizare. Similiter in Veteri Testamento omnes ceremoniarum delicia habentur pro legibus; vide ad Ephesios 2. *o vōmō τῶν ἐργῶν*, *Lex Mandatorum*; ubi Iustinianus, *Non omnia legis præcepta intelligit, sed illa duntaxat, quibus Iudeorum propulus à Gentilibus distinguebatur.*

VII. An intelligant potius hanc partem quæ est de calice, nullum esse præceptum? Obstat illud, *similiter*, quo eadem ratio adstruitur huius, quæ illius. Et sane nemo est paulo minus insanæ mentis, cui non dura videatur laceratio contextus; vt nulla noua accedente causa; *Edite*, sit præceptum, *Bibite*, vero non sit. Denique Cyprianus epist. 63. *Et à Domino præcipitur, et ab Apostolis eius hodie confirmatur, et traditur, vt quotiescumque biberimus, in commemorationem Domini hoc faciamus.* Autor scripturæ de Cœna Domini, *Lex estum sanguinis prohibet: Euangelium præcipit vt bibatur.* Paulo post, *Bibimus autem de sanguine Christi, ipso inbente.*

VIII. Quinetiam oppono Papistas ipsos, Andradium Orthodox. explicat. *Tria tunc Christum imperasse Euangelista tradunt; vt scilicet corpus suum acciperent, et manducarent: vt omnes ex calice sanguine suo referto biberent atq; vt in sui commemorationem facerent.* Pighium, *Ussit primum simpliciter accipere et manducare. Iussit, inquam, accipere et manducare.* (quod tunc presentis temporis erat) panem illum viuum, consecratum in suum corpus, quo tum illos communicabat tantum. Hardingum sect. 10. *Sic Catholica Ecclesia statuit (audi non priuatam personam, sed totius Ecclesiæ nomen) Catholica Ecclesia statuit, Bibite ex hoc omnes, Christi præceptum esse, et necessario oportere.*

IX. Veruntamen, ait Suares, *Accipite Spiritum sanctum*, nihil iubet, sed dat duntaxat. Esto. An igitur nunquam verba imperatiua præceptum, siue mandatum designant? Et exempli gratia, illa, *ite in uniuersum orbem*, nihil nisi donationem continent. in quam se Apostoli habebant merere, *inquit, et predicare, similiter? Quod si absurdum; ergo distinguendum; vt quædam saltem aliter se habeant: et docendum Sophistæ non in istis hoc esse. Quamquam non illud, *Accipite*, videtur à nobis: sed etiam, *Edite, bibite*; quæ improbe sunt neglecta: nec possunt esse nisi passiuæ.*

X. Concedo tamen institutionem esse: sed hoc sensu; vt lex sit institutionis. Nam profecto nemo cogitur ad sumendum Eucharistiæ poculum. Quare? Quia videlicet nemo ad ipsam Eucharistiam. Sed qui sponte institutionem admittit, id est, promittit ad hanc Cœnam, hunc Christus iubet edere, & bibere: Eodem modo, inquam, iubet bibere, quo iubet edere. Itaque Chryostomus iniuriolum esse clamabat, si quis accepisset inuitatus, adessetque: & tamen non participaret.

XI. Alter Lusitanus subtilius: Tantum tribui potestatem, ac libertatem: vt cum dictum, *Crescite et multiplicamini*. Cur ergo, inquam, vos præceptum dicitis, vt Sacerdos conficiens edat, & bibat? Cur non liberum permitteretis? Cur à toto arcetis, qui partem non sumpsit? Quod si omnes fatemini mandatum esse, vt ille edat, & bibat: Ergo falsum contenditis, verba imperatiua efferri tantum adtribuendam potestatem. Et quia id præceptum, continetur his verbis, *Accipite, edite, bibite*: Ergo rursus conceditis, hæc verba sic prolata in hac institutione plus continere, quam potestatem & libertatem. Sic perit, suo forex iudicio: sic mendaces oportet esse memores.

XII. Venio ad distinctiones; quas inuenio ternas. Prima mihi est Pighii; Pertinuisse hæc verba, *Bibite ex hoc omnes*, solum ad actum illud præsentem, & calicem quem tunc propinauit Christus, & exhibuit: non vero ad normam præfixam celebrando deinceps & in futurum sacrosancto illi mysterio. Explico, Iuberi faciendum, vel in illo tum actu duntaxat: vel in perpetuum. De illo actu concedi maiorem, maiorem negari. De perpetuo autem maiorem concedi, negari maiorem.

XIII. In sanum commentum. Quamquam distinctionem non exagito. Non potest enim negari potuisse in eo actu quædam peculiaria; quæ trahi in legem perpetuam fore absurdum: vt illa, de præmissio cibo communis, agnoque Paschalis; de duodenario numero, de cœnaculo, de accubitu, & si qua sunt similia, & iam obiecta, & iterum sæpibus obiectenda. Sed potenti simile est potuisse aliquam in mentem venire sumendum calicem non iuberi, nisi ad præsentem vnumque adeo momentum.

XIV. Et sane hanc ipsam de calice partem, æque in futurum esse Patres contulerunt. Damascenus Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 14. *Μὴ δὲ ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ ἀδελφῶν ἡμεῶν, ὡς τὴν νύκτα, οὐδὲ περὶ διῆσιν ἀλλὰ ἡμεῖς ἐδίδομεν. Siu accepturus voluit arriam pro nobis mortem, in nocte in qua se ipsum obtulit, Testamentum Nouum disposuit. Recte sed quibus? vtis αἰγιος ὡς ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ ἀδελφῶν ἡμεῶν, ἅπασαν τὴν ἐκείνου ἰσχυρῶς, et per ipsos omnibus aliis in ipsum credentibus.* De Iustino iam dixi, allatente in vsu sequenti esse communionem vtriusque speciei, ex præcepto. Cyprianus epistola 73. *Quidam vel impudenter, vel simpliciter in calice Domini sanctificando, et plebi ministrando, non hoc faciunt, quod Christus fecit et docuit.* Docuit ergo aliquid Christus in illa actione, quod pertinebat ad Cypriani tempora. Quomodo? si tantum fecit, aut etiam docuit, in vsu præsentem. Iulius Papa, canone *Cum omne crimen, de Consecrata distinct. 2. Non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa Sacramentorum mysteria processerunt.* Cum enim Magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret Discipulis, nulli lac, sed panem tantum & calicem sub hoc Sacramento cognoscimus dedisse. Logitur enim in Euangelio veritate, *Accipite Iesus panem et calicem, et benedicens dedit Discipulis suis.* En tibi fontem, à quo processere Sacramenta. Hoc falsum, si vnicus ille actus erat: non enim differt à se ipso. En tibi, ordinata, en tibi commmendata mysteria: & hæc panis & calicis. En ubi,

ab eo primo actu probari quid esset agendum deinceps. Quomodo? Nam contra ideo perterritus Pighius dictum de actu singulari, vt ne sit consequens etiam deinceps sic agendum. Augustinus canone, *Quia passus, eadem distinctione, commendavit nobis in isto Sacramento sanguinem suum et corpus.* Recte, commendauit, & commendauit vtrumque; non corpus tantum, sed etiam sanguinem. Et commendauit quibus? Solisne Apostolis? Imo, *nobis*: tot tamen post actum illum primum seculis. Itaque in vnum illud momentum; ad vnicum illum primæ celebrationis actum.

XV. Nec Veteres de nihilo. Nam quid est, quæso, discriminis, inter *Accipite, comedite, et, Accipite, bibite*? Quid, inquam, causæ habent, vt ita distinguant; Accipite, edite vos, veltique successores ad finem seculi, sed accipite, bibite vos tantum, qui hæc nunc adestis mecum? Aut quomodo illud Lucæ retinebitur & Pauli, *Similiter calicem*? Profecto enim in tanto discrimine non potest idem modus esse.

XVI. Sed Paulus nullam patitur sycophantiam. *Similiter et poculum postquam cœnasset dicendo, hoc poculum est nouum illud testamentum per meum sanguinem, hoc facite quotiescumque biberitis ad mei recordationem.* Itaque? Quotiescumque biberitis, id est, nunc tantum, semel tantum? nunquam postea? Tum autem statim. *Quoties enim ederitis panem hunc, et poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis usque quo venerit.* Hocne semel tantum? Credat Iudæus appella. Non ego. Anselmus: *vt scilicet nunquam sine commemoratione passionis meæ bibatis eum.* Guillardus, *Atque in his sacris per seuerandum erit, donec veniat ille, quem sumitis, secundo suo aduentu, iudicaturus in maiestate sua viuos et mortuos.*

XVII. Erunt rursus obiciendi Sacerdotes conficientes. Nam hos bibere, æque ac comedere omnino dicunt esse de necessitate Sacramenti. At si hæc verba *Accipite, bibite*, non sunt nisi ad præsentem illam actionem dicta: Ergo non pertinent ad consequentes actiones. Non erit ergo ex mandato Christi necesse quotidie bibi in missa. Et si non ex eo mandato, ergo non ex necessitate Sacramenti. Nam quis instituisset? Non enim potuit vlla creatura, ideo neque Ecclesia.

XVIII. Altera distinctio Sanctesij est. Dicimus, inquit, aliud esse vtramque speciem, aliud vsu. Res omnes initio creantur à Deo suo ordine, post de earum vsu differunt. Baptismus primum constituitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto: et deinceps de eius vsu agitur.* Præterea si in rerum constitutione declaratur vsus, aut vna præscribitur; non tamen inde colligitur, cui libet, aut etiam cuiquam vsu illarum certo mandari. Vinum condidit Deus in potum hominum, non tamen omnibus, aut etiam cuiquam edixit, vt vinum eperet. Sanxit in lege, vt offerretur cum victima certa vini mensura: non tamen sanxit, vt omnis qui de sacrificio ederet, etiam de vino gustaret. Deus matrimonium ad procreationem hominum disposuit, sed non omnibus matrimonij iugum, nec omnes coniugatos ad dandam operam liberis obligauit. Propterea negamus ex ipsa institutione Cœnæ, & vtriusque speciei, earum institui, & si instituantur, negamus tamen inde ad omnes extendi. Placuit eadem distinctio Tappero. Ergo ita habet solutio Institutionem intelligi vel specierum, vel vsus earum. De speciebus concedi vniuersum argumentum, nempe extra Thesin. De vsu specierum negari maiorem.

XIX. Respondeo, ne nos quidem nunc agere de institutione specierum; quæ pertinent ad materiam huius Sacramenti, in qua consentum esse notauimus cap. 3. libri 6. De vsu ergo testatur conceptum esse argumentum; & quidem necessatio. Nam ipsarum specierum constitutio pertinet ad creationem. Habet enim panis vt sit panis, & vinum vt sit vinum nullo modo ab Eucharistia, aut huius institutione. Quare mittamus hoc sane.

XX. Negat in institutione age de vsu panis & vini. Primum ineptet. Nam ipsa iam Eucharistia est aliquis vsus panis & vini. Est enim ceremonia: quam omnino oportet esse positam in vsu humano. Et materiam naturalem constat secundum ipsum suum esse, ineptam esse ad Sacramentum constitutionem, ideoque oportere determinari. Quare non potuit fieri, vt panis & vinum assumerentur in Sacramentum, vt non simul determinaretur eorundem vsus.

XXI. Deinde portentose. Nam edere quid est, aut bibere? Nullusne vsus panis & vini? Quod si aliquis; quid est Soli tenebras offundere si hoc non est iuberi Christus edi panem, vinum bibi; & nullum panis vini que vsu designat?

XXII. Res omnes, inquit, creantur primo, post earum vsus disponitur, Falsissimum, inquam. Res enim omnes duorum sunt generum: aliarum vt *ειρην*, differt ab vsu, aliarum vsus ipse est *το εἶναι*. Illas verum est prius esse creatas, postea vsui applicatas. Prius enim abietes in Pelio monte, quam naves in mari: & prius lignum Gopher, quam arca in diluuiio. Sed de alteris non idem iudicium. Nunquam terminus vllus fuit, nisi qui diuideret agros: nunquam illum conuiuium, nisi in comedendo & bibendo: nunquam vllus sermo, nisi in significatione: Ergo imponunt nobis Sophistæ non distinctis rerum generibus.

XXIII. Hic autem quid est de quo loquimur? An de rebus naturalibus quatenus sunt naturales? Minime omnium. Sed de signis, & quidem institutis. Atqui nullum vnquam signum, & multo minus signum institutum, fuit absque suo illo vsu secundum quem signum est. Hedera, res est naturalis, sed eadem hedera signum est ex institutione, nunquam autem hedera signum est nisi suspensa. Ad eandem rationem nunquam panis signum est corporis Christi nisi in edendo, nunquam vinum sanguinis nisi in portando. Itaque necesse est, vt qui rem naturalem quamcunque instituat in signum, idem eius rei vsu prouideat; alioqui signum non institutus; Nec vnquam aliter factum in signis religiosis cuiuscunque generis. Quis credat in Eucharistia rationem fuisse dissimilem?

XXIV. Præterea distinguendus est vsus Sacramenti, ab vsu signorum in Sacramento; puta Baptismi ad remissionem peccatorum, ab vsu aquæ. Item Eucharistiæ ad communionem Christi, ab vsu panis, & vini. Quomodo? Nimirum, quia Sacramenti vsus ille proximus est, siue remissio peccatorum, siue communio Christi, non enim in alium finem institutio fuit. Sed is idem finis elementorum non proximus, aut immedia-

et morte Christi. Esto sane. Sed ergone iis solis? Annon & matri omnibusque discipulis? Nam, *Omnes vos ista nocte scandalum patimini in me.* Ut ritum discerent sumendi in missa. An quia Papistæ solent promouendis ad sacerdotium utramque speciem tradere? Aut cur non poterant à Christo ipso sumente, discere? Ut utriusque speciei possessionem caperent. Recte. Sed, quid obstat quominus eandem caperent, si futura esset publica communio? Itaque hi fines neque omnes, neque singuli, quicquam habent momenti.

XL. Loricus illas Costeri aut non videns aut negligens rationes: alias inquisit, eadem consequentia forma. Non propterea, inquit, factum, ut omnes fideles illud pariter sub utraque specie sumerent: sed ob alias rationes: primam, ob plenioris representationem passionis Christi; quod non solum pro nobis mortuus sit, sed & sanguinem suum fuderit. Secundam, ut haberet Ecclesia iuge sacrificium visibile, representans sacrificium eius pro nobis in cruce oblatum, & consummatum ad cuius rationem perfectam pertinet effusio sanguinis. Tertiam, ad representandum spiritualem fructum huius Sacramenti, nimirum quod faciat ad salutem mentis & corporis. Quartam, ad representandam spiritualem manducationem Eucharistia, ut consistit in actibus fidei & charitatis.

XL I. Has vero rationes, ab ut impugnemus; nam etsi habeant aliquid non satis Catholicum in sensu: tamen verbis concipiuntur, quæ possunt à Catholicis usurpari. Itaque quicquid illud est suo loco referatur, nunc diffiniamur sumus: ut quod instat agamus. Respondeo igitur ineptum esse disputationem, imo absurdum, & iudicii nec Theologici, nec vero etiam sani. Non factum, inquit, ut omnes fideles sumerent; sed ad hoc, istud, & illud, & aliud. At ego dico contra, factum esse ad hoc, istud, illud, aliud, ut omnes fideles sumerent. Non enim pugnant. Itaque tam ridiculum est, quam si dictum; Creata est aqua; non ut esset elementum in natura; sed ut rigaret, refrigeraret, ablueret, veheret naues, pisces aleret. Instans est sermo, non ut audiatur, sed ut doceat, delectet, moveat. Adeo sublimis est Papistica sapientia.

XL II. Vin probem non pugnare? Representat non mortem solum, sed etiam effusum sanguinem. Esto. Sed distincte de Consecratione, *Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur quid aliud quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur?* Nota. In cruce immolatio: nonne hæc mors est? & tamen etiam sanguinis effusio. Vtrumque ergo significatur. Sed quomodo? Cum panis frangitur. Recte, nec dedignantur Papistæ. Sed itidem, cum sanguis de calice funditur in ora fidelium. Cur abnuunt Papistæ? cur torquent ora? cur agunt omnia, ut vnum hoc ne agant?

XL III. Ut haberet Ecclesia iuge sacrificium visibile. Concedatur: sed cur non haberet, si quibuscumque fidelibus calix distribueretur? Aut cur non similis conclusio contra distributionem panis? Imo aduersarij separant rationem sacrificii à communione: & ante sacrificium perfici somniant. quam deueniunt ad communionem. Cur ergo minus sacrificium esset, si daretur calix, quam cum datur panis? Præterea Eucharistia nullum sacrificium est, nisi quatenus representat sacrificium peractum in cruce: quod concedunt aduersarij. At hoc sacrificium representatur, cum representatur mors, & sanguinis effusio. Hæc autem utraque representatur mors, & sanguinis effusio. Hæc autem utraque representatur per communionem utriusque speciei: Ergo per communionem utriusque speciei habetur sacrificium iuge in Ecclesia, contra quam voluit Loricus.

XLIV. Representatur spiritualis fructus, ad salutem mentis & corporis. Optime. Sed quo representattonis genere? Theatrico, dum spectatur? Minime: sed Sacramentali, dum applicatur. Quia Sacramenta efficiunt quod significant. Representant ergo ei à quo sumuntur. Quare oportet sumi ab eo, cui representant salutem mentis & corporis.

XLV. Representatur spiritualis manducatio Eucharistia, in fide & caritate. Etsi monstrum est representari spiritualem manducationem Eucharistia, neque unquam dictum cui quam bene scio Theologo; cum soleat potius dei manducatio corporis & sanguinis, tamen condonetur sane. Nihilominus inepte dictum manducationem tantum, non etiam potum. Er fortasse oblitus est fortuito Sophista. Sed absurdum est representari ut manducationem spiritualem, nulla adhibita corporali. Itaque tam necessaria ad hunc finem est communio calicis, quam communio panis. Et denique nihil nisi nugatus est Sophista.

XLVI. Alij maluerunt laborare in coardanda vöcula collectiva, *Omnes*, quam nostri obseruant expressam in calice, nec putant in eo frustra potius quam in altera parte. Videlicet prouidente Spiritu Sancto futuros olim, qui vni infarent huic parti, potius quam alteri: ideoque impudentiam tum obtinam eunte, ut aut auerterentur: aut si minus, saltem manifestior foret, utque inde in excausator damnatio.

XLVII. Bellarminus hæc considerationem minuit. Primi; quia sit eadem ratio alterius partis; quamquam non expressa in Evangelio, sed non omittam in Canone Romano: ubi dicitur, *Manducate ex hoc omnes*: item apud Ambros. 4. de Sacramentis c. 5. ac Pascasium de Corpore Christi 15. Secundo, quia etsi non esset dictum de pane, tamen diuersitatis causa esset, quod panis esset fractus, singulisque inde partes singulæ distributæ. Calix autem vnus potestus, ut monendi fuerint ne primus exhaustiret, sed sequenti reliqueret, sic deinceps.

XLVIII. At nos pro certo habemus, idem aut dictum fuisse, aut certe subintelligendum esse in pane; quod in calice legitur. Quis enim ignorat nos utramque partem partem facere? Nec panem minus quam calicem de essentia Eucharistia? Et vero; si de pane, *Edito omnes*, praxis ipsa Ecclesiæ perpetuo ostendit; non aliter intelligendum, quam ut non solum obficiens, sed præter eum quicumque Christiani sumant panem consecratum. Cur nunc in calice tergiversantur? quid restant? Cur non patiuntur similitum verborum parent esse sententiam?

XLIX. In altera; quid est quod nostro noceat argumento? Voluit admoneere Christus, non esse ab vno exhaustiendum calicem. Quid aliud volumus nos? Quid aliud peccantem accusamus Papistam Sacerdotem? Et cur non accusamus eum, qui quotidie hæc ipsa verba pronuntians; & scens (si tamen sciat) iuberi ne solus hauriat, tamen solus hauriat? Potestne aliquod dici peccatum impudentius, desperatius?

L. Vtrum tamen quæcumque causa fuerit eius vocula, vim quamnam esse

disunt? Bellarminus. Particula *omnes* non semper in Scriptura accipitur vniuersalissime pro omnibus hominibus: sed sæpe pro omnibus. certi alicuius generis ut, *Omnes quarunt quæ sua sunt. Omnes peccauerunt. Clamauerunt omnes, Cracisige*: & similia. Hic autem non potest vniuersalissime: nam sequeretur debere Sacramentum dari Turcis, Iudæis, Ethnicis: illi enim homines sunt. Oportet igitur pro certo hominum genere accipi.

LI. O laudes! o acumen! Enimvero miram obseruationem, & dignam quæ occuparet Papisticos labores, lassaret etiam Iesuitica ingenia. Nos Batava pectora nesciebamus; communionem Eucharistia ad solos pertinere Christianos. Et fortuito dicebamus in Liturgia nostra, *Nos admittendos in eam, qui non sint de Societate Iesu.* Sed esto, nunc cum tanto doctiores sumus, quid tum? Satisne factum Papistis, cum exclusi sunt Turci, Iudæi, Ethnici: ut omnes illi accipiantur pro reliquo hominum genere; hoc est, saltem Christianorum? Minime gentium. Non ea liberalitas est Romana, quæ sapientissimo commento illud, *Bibite omnes*, mutauit in *Vnus bibat solus*.

LII. Itaque pergit Bellarminus excipiendo. Si dixeris omnes viros, excludentur foeminae, si omnes fideles includentur infantes, quos tamen etiam aduersarij excludunt. Si dicant, omnes fideles adultos, in primis gratis dicent, nec facile probare poterunt: deinde includentur abstemij, quos tamen ipsi per se excipere solent: tertio, repugnat Martus, qui dixit omnes bibisse, eisdem scilicet qui apud Matthæum, atque apud Marcum; non omnes adulti: ergo neque apud Matthæum. Quod si dicant apud Marcum intelligi omnes fideles adultos, quia in Apostolis biberint omnes: colligemus iam non obligari fideles ad calicem Domini bibendum, quia mandatum iam impleuerunt enim biberunt, ut iuerat imperatum. Restat igitur, ut solis Apostolis datum fuerit mandatum.

LIII. *Tis ig, vñs! & vñs! & vñs!* & quisquam se componat Iesuitis? Atqui nemo dixit, omnes viros: non enim iustum excludi foeminas. Nec puto in fidelibus non esse foeminas: nisi nolint Iesuitæ, quibus inconculta visio posthac nihil asserendum. Quanquam immanis est *exclusio*, excludi foeminas, si omnes viri intelligantur: quasi necesse sit, quod de vnis dicatur, negari de aliis quibuscumque: & quia omnes viri sunt homines, ideo nullæ foeminae sint homines. Nemo rursus omnes fideles, quo sensu fideles late dicuntur etiam infantes: qui tamen tantum potentia fideles sunt, & propter susceptum fidei Sacramentum, si Augustino fides. Sed omnes tamen fideles: nimirum actus, cuiusmodi nemò nisi adultus. Sed esto, & Iesuitis permittamus non nihil in re leuissima, cuiusmodi verborum est vsurpatio, ne omnino nullum regnum obtineant.

LIV. De fidelibus adultis, quid habet subtilissimus rerum æstimator? Grati dicent, nec facile probare poterunt. Nosne? Forte, inquam, tam nihili homines, ut nisi tu iusseris, ne hunc quidem meridie lucentem Solem, queamus oculis vsurpare. Verum quid tum? dum pro nobis tui no tantum non dicant gratis (absit enim tuos gratis quicquam dicere, nedum facere) sed etiam facile probent? Guillaudus in 1. ad Corinth. 11. *Accipite, & manducate. Faciunt hæc verba, ne infansibus, stultis, dementiibus, & huiusmodi Eucharistiam Ecclesia tradat. Sicut enim Baptism. natis, & non adhuc in vtero existentibus, traditur iuxta præceptum Domini: ita non traditur Eucharistia his qui adhuc non possunt accipere, qui non agnoscant manducandum & sumendum: sed his, quibus vere dici potest, Accipite, & manducate.* Similiter Caietanus in Matth. 26. *Hinc habetur Eucharistiam non esse tribuendam infantibus: quibus non potest dici, accipite, comedite. Sicut enim quia Dominus dixit, nisi quis natus denno fuerit ex aqua & Spiritu, negatur Baptism. infantibus in materno vtero, quia non potest denno nasci, qui non est natus: ita dicente Domino in communiōne Eucharistia, accipite, comedite, negatur Eucharistia illis, qui adhuc non possunt accipere, qui adhuc non possunt comedere.* Idem in 3. Thomæ q. 80. art. 12. Vide Sotum in 4. dist. 12. q. 1. art. 9. Et Rubeum in 4. dist. 9. & Scortiam libr. 4. c. 29.

LV. Videmus tamen etiam nos aliquando non nihil, quasi inaudiuisse. Certe Polanus in Syntagma lib. 6. c. 56. *Infantes*, inquit, *quamuis baptizati ad sacramentum non admittendi. Primo, quia nondum possunt per atatem seipsum probare: Hoc argumentum suppeditat Paulus: Probet quisque seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Secundo, quia infantes per atatem memoriam Christi nondum possunt recolere, & mortem Domini annuntiare. Hoc argumentum præbet ipse Dominus: Hoc facite in mei recordationem: Quotiescunq; ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Tertio, quia per atatem nequeunt discernere corpus Domini. Hoc argumentum Paulus monstrat: Qui edat, & bibit indigne, damnationem sibi ipsi edat & bibit, non discernens corpus Domini. Similiter Hospinianus historiae Sacramentariae part. 1. lib. 5. c. 4. & c. 2. lib. 2. art. de infantibus. Sic illi, & fortasse alius aliquis haud dissimiliter. Sed quid facias? Is status est temporum; ut quod non vident: imo quod videre nolunt Iesuitæ; id ipsum iubeant nusquam esse. Contra quam suus Papa potest ex non esse facere ens.*

LVI. Rursus; Excipiuntur abstemij. Ita est, inquam, extra ordinem, & propter inuitabilem necessitatem. Quomodo à Baptismo excipiuntur, non tantum qui adhuc in vtero: sed etiam alij, quibus ipsi subiciunt Papistæ Baptismum flammis aut sanguinis. Quomodo admodum igitur verum, baptizandos esse homines omnes, etsi excipiatur illi extra ordinem, sic verum bibendum esse calicem sacrum omnibus adultis fidelibus, etsi non possint abstemij. Nam defectus est per accidens, quomodo surdis & mutis non est Evangelium prædicandum. Et quomodo panis non portigendus, si quis id in pane patitur, quod abstemij in vino: nam ego profiteor vidisse puerum annorum circiter decem, & quidem in nobilitatibus, cui nunquam quicquam gustatum panis, aut carnum.

LVII. Sed repugnat Marcus, ait; apud quem non omnes adulti. Cur non, inquam? Quia tum non biberunt omnes. Præclare. Quid ergo? An omnes saltem Sacerdotes conficientes. Nimirum hæc circumsstantia est vnus actio: non autem institutionis pars. At nobis iam dictum, non quæ facta sunt tantum: sed quæ facta sunt, & præcepta, ad institutionem pertinere. Neque quicquam adeo infans, ut voluerit vno eodemque loco omnes communicare, cum præfentes, tum absentes. Deniq; nonne verum in altera parte subaudiendum, *& comedite omnes*: ut fuit subaudiendum, *comedite omnes*: Quid igitur causa est, ut non negentur per omnes, intelligendi fideles quicumque adulti? Nam certe non omnes tunc aderant: ideo non poterant comedere. An quia omnes comedisse censentur in Apostolis? Esto, sed cur non omnes bibisse in Apostolis.

LVIII. Si biberunt omnes in Apostolis, inquit, iam non obligantur fideles ad bibendum. Quare? Quia mandatum iam impleverunt, biberunt enim, ut erat imperatum. Euge: Euge: aut hic triumphus est, aut nulla unquam spes victoriæ. Veruntamen, nonne in Apostolis biberunt omnes Sacerdotes etiam conficientes? Ergone conficientes Sacerdotes satis fecerunt & non tenentur posthac bibere? Alterutri sine dubio peccant: vel qui dicunt; non bibendum amplius, postquam semel est bibitum, in aliena persona, vel qui Sacerdotes perpetuo volunt bibere; & quidem ter præ aliis, honoris causa. Nos audiimus dictum, *Quotiescunque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis.* Et putamus æque cum reliquis, dictum fuisse omnibus Apostolis. Itaque habemus pro certo, imperatum Apostolis; & in his imperatum omnibus, ut sapius ederent, sapius biberent. Quare certum est, cum semel biberint, ederintque; non propterea mandatum fuisse impletum; ut in posterum nullam vim habeat. Paschasius de corpore Christi cap. 14. *Nesortie putas, quod de illo villo tantum pane, & in illa una hora hoc eum esse iusserit, sequutus adiunxit, Hoc facite in meam commemorationem.* En triumphos Iesuiticos!

LIX. Confectum est magno conatu, & vix tandem confectum solis tunc Apostolis dictum fuisse illud, *Accipite, bibite*: quanquam nemo negaret. Nam sic malunt Iesuitæ, quod volunt, vi auferre, quam à volentibus obtinere, ut ne magno pro Romana Ecclesia labores iactare nequeant, ut ille olim pro Romana Republica; qui quas conchas in litore legisset impune quicumque ex calceibus, maluit totius exercitus ostentato terrore rapere; nec vi minore, quam Alexander olim Tyrum. Esto sane, quandoquidem facta infecta fieri nequeunt. Sed cui tandem bono? Aut qua arte concluditur aduersus nostram thesiam, id est, contra communionem plebis? Nam etsi soli dictum fuerit Petro, *Dabo tibi claves*, tamen non soli data fuerunt; etsi soli tunc audierint Apostoli, *Quod pro vobis frangitur*; tamen non est pro iis solis factum, & mille huiusmodi.

LX. Explicat Salmero. Christum in Apostolis, quos tunc creauit presbyteros, ad omnes eorum officio successores verba fecisse. Adde Richeomum. Et quanquam Apostoli suo numero repræsentarent omnes Christianos, tamen personis suis tantum pastores ac presbyteros Ecclesiæ. Quare ex his verbis nihil aliud potest elici, quam presbyteris panem & vino sacrificandum esse, non autem communicandum semper vtrique speciei. Puto mentem hanc esse: Apostolis hæc dicta esse verba sub ratione sacerdotij, ut sit argumentum integrum. Nihil imperatum Apostolis tanquam Sacerdotibus pertinet ad plebem. At hæc communicatio calicis, imperata est Apostolis tanquam Sacerdoti: Ergo eadem non pertinet ad plebem.

LXI. Maior sane valeat. Sed minorem miramur à quoquam posse concedi. Nos certe ægamus constanter. Etenim, quæ Apostolis fuerunt iniuncta tanquam Sacerdotibus nemini Christiano è plebe permittuntur aut in Scriptura, aut in vlla legitime instituta Ecclesia. At communicatio vtriusque speciei permittitur Christianis ex plebe tum in Scriptura, tum in legitime institutis Ecclesiis: Ergo communicatio vtriusque speciei non fuit iniuncta tanquam Sacerdotibus. Maiorem, ut spero, nullus sibi negatum Papista: nam infirmaret maiorem argumenti propositi. Minor probatur ex Paulo ad Corinthios, item ex vsu multorum seculorum post Christum, de quo suo loco.

LXII. Illi vero nullum habent confirmationis vestigium; hoc excepto; quod tunc instituebantur Sacerdotes, quod ipsum quale sit videte. Primum vocatur in dubium; & à nobis non conceditur huic institutioni vllum tale actum fuisse coniunctum, neque verisimile putamus seorsim fuisse factos Sacerdotes, & Apostolos. Factos autem Apostolos post resurrectionem ipsi concedunt Papistæ: quod si verum, non persuadent certe nobis, non fuisse in actione laicos.

LXIII. Secundo, ut tantisper concedam fuisse in hac actione factos Sacerdotes, tamen non sequitur in hac communionem fuisse. Audiamus Alphonsum de Castro. *Omitto quorundam responsionem, assignantium discrimen, quod Apostoli ordinati sunt Sacerdotes à Christo per illa verba, Hoc facite in meam commemorationem. De his enim verbis non constat Christum facta consecratione immediate ea dixisse, antequam Eucharistiam sub vtraque specie Apostolis dedit, ut post. Quod si prius dixit quam dederit, constat eum Sacerdotibus dedisse. Si vero illa verba Christus post datam illam Eucharistiam dixit, manifestum est illum non Sacerdotibus tunc dedisse. Quod mihi ex litera decursu magis probatur. Et sic credo verisimilius, si verum, quod prius dictum Costero, vtramque speciem datam, ut Apostoli itum discerent, sic enim solent, opinor, Papistæ non ante consecrare suos sacerdotes, quam singula mimici spectaculi docuerint ludicra. Tiletanus scripsit, Christum Apostolis quidem suis presentibus, tanquam futuris Sacerdotibus mandasse, *Ut vtramque partem Sacramenti perciperent*: Futuris, inquit, Sacerdotibus. At certe si nondum fuerint Sacerdotes cum ederunt, & biberunt; qui potuerunt solos Sacerdotes repræsentare? cur non laicos?*

LXIV. Tertio, demus amplius: id est, quicquid vel maxime optare poterunt; Apostolos iam prius fuisse Sacerdotes, quam aut biberint, aut etiam ederint. Quid obtinebunt propterea? Solis Sacerdotibus tradendum esse calicem? Forte: si non etiam hinc exciperent non conficientes. At certe Apostoli tunc nec conficiebant, nec poterant conficere. Itaque conficientium personam gestare non poterant. At non conficientium saltem? Atqui istos Papistæ relegant ad communionem laicam, sic enim appellant: *Quod si non conficientes repræsentabant, & non conficientium communionem oportet esse non aliam quam laicorum*: Ergo laicorum communionem oportet esse sub vtraque. Denique dico non esse consequens, ut quicquid sit Sacerdoti, fiat tanquam Sacerdoti, id est, secundum rationem solius Sacerdotij. Nonne enim Apostolis iam Sacerdotibus dictum, ut baptizarent? Et tamen non solis Sacerdotibus Papistæ permittunt baptizare. Paschasius c. 15. de corpore Christi, *Hic solus est qui frangit panem & per manum Ministrorum distribuit credentibus, dicens, Accipite, & bibite ex hoc omnes, tam Ministri quam reliqui credentes.*

LXV. Est vero elegans ingenium Richeomi, repræsentatos esse ab Apostolis omnes Christianos suo numero, at non suis personis. Dignum sane acumen, quod ei primo, imo hæcenus soli, venerit in mentem. Veruntamen quibus dicet exhibitam communionem, numero an personis? Nam si numero; ergo constabit datum fuisse non Apostolis tantum, sed omnibus fidelibus; quos repræsentabat is numerus. Numero autem fuisse datam; re-

statu Evangelium, *Bibite ex hoc omnes.* Nam omnes Papistæ contendunt non nisi duodecim significare; id est, numerum, quo repræsentari Christianos omnes habemus Richeomum testem, magni nominis Iesuitam.

LXVI. Finiebam hoc caput, cum noua subtilitas occurrit Stapletoni in Antidotis ad 26. c. Matthæi. Si obseruandum parat Caluinus, quod de pane simpliciter dixit, *Accipite & manducate*: illud quodque obseruandum dicimus; quod nullus Euangelista adiecit, *Et acceperunt ac manducarunt*: sicut de solo calice adiecit Marcus, *& biberunt ex eo omnes.* Imo omnes accepisse ac manducasse non dicitur, nec omnes accipere ac manducare iubentur, ne vlllo modo manducationis præceptum ad illos solos præsentem, aut eorum successores, sed in vniuersum ad omnes fideles pertinere ostenderetur. Ad calicis mentionem ideo tum iubentur omnes libere, tum omnes bibisse memoratur, ut intelligeretur præceptum bibendi necessario ad illos solos præsentem, atque eorum successores illis in officio pares, non autem ad vniuersum populum fidelem pertinere.

LXVII. Subtilitas sane noua: Sed estne viri sobrii? Quasi eadem ratio esset arguendi, ab eo quod diserte dictum; & eo quod non dictum. At qui non est: nam id quod diserte dictum, & quidem à Christo, nec potest esse non dictum; aut frustra. At id quod non dictum potuit esse dicendum; id est, ut nos loqui solemus, potest esse subaudiendum. Etsi fuit dicendum, habet eundem effectum, ac si esset dictum: Exempli gratia; Paulus in pane expressit, *Gratias agis, fregit, dicens, accipite, edite*: est in calice duntaxat, *Idem & poculum*: non expressa gratiarum actione sed subaudita, itemque verbo accipiendi. Et iam vidimus tum ex mente Bellarmini, tum ex testimonio Veterum, & intelligendum, *Edite omnes*: & adiciendum, *Ederunt omnes.* Denique vno verbo, cum nec negari possit, id quod diserte dictum; nec affirmati non possit, quod tacitum; ridicula consequentia est, si non sit dictum, *Edite omnes*; aut *Ederunt omnes*: ergo præceptum edendi pertinere in vniuersum ad omnes fideles. At, si sit dictum, *bibite omnes*, & *biberunt omnes*: ergo præceptum non pertinere ad omnes fideles. Et contra potius, quia in altero dictum, in altero subaudiendum est; sequitur eodem modo de vtroque concludendum, vel non pertinere ad omnes fideles; quod aperte falsum de pane, ipse confitente Stapletono: vel contra, pertinere ad omnes fideles, quod est verius, & nos volumus.

CAP. IV.

De verbis, Hoc facite in mei commemorationem.

I. Rursus in Institutione præceptam esse vtriusque speciei communionem docemus ex his verbis, apud Lucam post distributum panem, *Hoc facite in mei recordationem.* Apud Paulum etiam post calicem donatum, *Hoc facite, quotiescunque biberitis ad mei recordationem.* Iussit Christus Apostolos hoc facere scilicet, quod ipsum viderent facientem, in instituenda Eucharistia; & peculiariter in pane, & calice. Quare vtramque speciem iussit communicari; quoties celebraretur Eucharistia.

II. Quos c. præced. vidimus motibus variis rimas conatos aperire, hic rursus habebimus similes: huc illuc desilientes, nusquam consistentes: vere denique ostendentes, quæ quanta patiantur intra se veritatis tormenta; & tamen certos nusquam cedere. Vere dicam nusquam magis apparere, quanta sit horum hominum proteruita aduersum Scripturam. Sed eamus per singulos.

III. Beccanus; de sensu huius loci notat dissentire ipsos inter nos. Lutherani, inquit, volunt ad omnes fideles: Caluinistæ ad solos Ecclesiæ Ministros pertinere. Hunc litem primum inter se componant.

IV. Sed hic præter Caluinistæ nominis calumniam, mendacium est, quod nullo testimonio potuit Iesuita fulcire. Ergo quidem in Caluino nihil potui tale inuenire. At in Marlorato ad 11 prioris ad Corinth. & illud, *Hoc facite. Ad totam actionem hoc referendum est, ut quod Christus tum cum Discipulis fecit, idem & nos in sacris caetibus facitemus, & quemadmodum Discipuli in illa ipsa vespera à dispositi ab ipso Christo hoc acceperunt sacramentum, ita & nunc disponamus.* Sadeel contra monachos Burdenses. *Si necesse est obtemperare Christo, & Sacramentum ex eius ordinatione celebrare, necesse quoque est vtrumque signum & Sacramentum sumere, cum Christus dixerit, Hoc facite. Hælopoæus, Quum non tantum historicè recenset Euangelista mentem Christi accipientis panem & poculum, sed additum fuisse significat mandatum, Accipite, comedite, bibite ex hoc omnes, hoc facite; docet profecto velle Dominum, ut perpetuo vsque ad seculi consummationem, in pio Cœna Dominica vsu, id quod fecit ipse faciamus. Neque vero solis id præscriptum est Apostolis, ut cauillantur aduersarij. Petrus Molinæus, Verba Christi, Hoc facite, iubent eos facere suis populis, quod ipsis Christus fecerat. Hæc agitur verba iubebant eos populo vtramque speciem dare. Hi omnes, si verum eis nomen reddas Christiani sunt Catholici, sin Iesuitæ, calumniam retineas Caluinistæ.*

V. Caietanus. Respondetur ad hoc, ut omnis tollatur cauillatio quadrupliciter. Dicat comparare se ex veteri formula, Inter bonos bene agier, ad sinceram disputationem, & à cauillis puram. Hoc quid sit exitus testabitur. Prima responsio, habere hæc verba vim triplicem: vnam, ut sint institutoria celebrationis Eucharistiæ; alteram, ut sint collatiua potestatis Sacerdotalis ad consecrandam Eucharistiam, quia per ea sint ordinati Sacerdotes Apostoli: tertiam, ut præceptiua, non ipsius operis, sed ordinis ad suam commemorationem; quod est præcipere ordinem operis in sui memoria. Atque hic apparatus est duntaxat. Nam solutio hæc. Si arguat quis ex vi institutoria, scilicet, quod ex hoc ipso quod Dominus instituit Sacramentum sub vtraque specie, obligamur ad seruandam eius institutionem, facile patet nullitas argumenti. Quomodo autem? Dupliciter. Primo, quia sufficit fieri ab aliquibus de Ecclesia, puta Sacerdotibus celebrantibus, ad quos solos sermo Dominicus tum dirigebatur: & patet, quia soli Sacerdotes possunt hoc facere, scilicet, consecrare. Secundo, quia ad obligandos singulos de Ecclesia sub præcepto, plus requiratur quam institutio, quod patet ex Sacramento Confirmationis, & extremæ Vnctionis, quorum neutrum est de necessitate salutis, quamuis contemptus sit damnabilis.

VI. Et ista scilicet nihil habent cauillorum Acqui secundum illud de in-

VII. In tertio duo membra sunt: vnum non esse præceptum ipsum op-

VIII. Hæc iam peccata sunt. Addo aliud; cum hæc distinctio sit op-

IX. In argumento ex primo membro, negat consequentiam. Ea sic

X. Infirmam tamen consequentiam prima ratio: quia sufficit ab ali-

XI. Probat, quia soli Sacerdotes possunt consecrare. Sanè, inquam, sed

XII. Probat rursus. Quia ad obligandos singulos, plus requiratur,

XIII. Atque hæc prima Caietani responsio, Peigo ad alteram. Secundo

XIV. Sed primum non demonstrari verumque opus, sumitur præter rei

XV. Quod obicitur pro incommodo, mera est principij petitio. Hoc

XVI. Quod adicitur de Sacerdotibus non habentibus curas animarum,

XVII. Tertia Caietani responsio. Etsi ly hoc demonstraret omnè

XVIII. Beatam sane Ecclesiam Romanam; quæ tam probè attenti

XIX. Recolamus. Est præceptum affirmatiuum: Ergo non pro semper

XX. Sed enim partes duæ sunt, Consecratio, & Distributio: vtriusque

XXI. Nulla occurrit necessitas, aiunt. Imo, inquam, occurrit eadem

Chriftian... pleoni in... od de pa... ruanum... ducant:... omnes ac... manduca... illos so... nes fide... iuentur... præce... succello... em peti... ratio ef... tum. Ar... nec potest... esse dica... fuit dicit... tiam; Pau... fiant in calice... sed subau... Bellarmi... adiciens... id quod... on sequen... ceptum e... bibite... nes fideles... est sequi... ad omnes... vel contra... mmunio... m panem... em dona... Chriftus... instituen... ue speciem... onatos ape... consisten... ritatis tor... gis appa... Sed ea... os. Luthe... flix Mini... lacium est... Caluino ni... h. & illud... us tum cum... madmodum... Sacramen... tes, Si me... lebrare, ne... Chriftus di... Evangelii... se significat... ocer profecto... in pio Com... criptum est... isti, Hoc fa... gatur ver... verum eis... am retinas... io quadru... agies, ad... restabitur... institutoria... Sacerdota... Sacerdotes... nis ad suam... memoria... uat quis ex... tituit Sacra... titutionem... er. Primo... ebrantibus... a soli Sacer... tia ad obli... m institu... Vnctionis... ptus sic da... VI Et

Ergo ipsa celebratio missæ est necessitas communionis. Eadem ratio nobis militat si nulla celebraretur Eucharistia, nullâ necessitatem dicimus esse communionis Sed si celebraretur, contra. Rursus, si nulla sit communio, nullam esse poculi necessitatem. Sed posita communione, non patitur nullam dici poculi necessitatem. Quid nos dixi? Imo non patitur Institutio.

XXII. Atq; hæc tertia responsio Caietani: nunc quarta. Dicitur ex ipso ordine textus Evangelici, quod hoc Domini præceptum nullibi invenitur à Domino traditum nisi respectu Sacramenti sub specie panis tantum: quod ly hoc nihil demonstrat de pertinentibus ad calicem: & propterea ex isto præcepto argumentum si efficax, est gladius est Goliath: quoniam hinc sequitur, quod sola panis sancti communio præcepto est tradenda. Et probatur, primo ex Luca, qui expresse refert Dominum ante consecrationem calicis, post consecrationem panis dixisse, hoc facite. Secundo ex Paulo: qui de pane dixit, Hoc facite in meam commemorationem. At post calicem, Hoc facite quotiescunq; biberis, in meam commemorationem. Nempe de pane absolute, de poculo non absolute, sed quotiescunq; id faceret. Itaq; non præcipitur bibere: sed si bibatur in suam commemorationem bibi. Confirmatur ex eo, quod numero singulari dictum, Hoc facite, non plurali, Hoc facite.

XXIII. Placuit Bellarmino, & inde Cofferæo, nec sine exultatione. Audite: Mirabilis est Dei providentia in sanctis literis. Nam ut non haberent hæretici iustam excusationem, sustulit eis omnem te. guesandi occasionem. Nam Lucas illud, Hoc facite, posuit post datum Sacramentum sub specie panis, post datum autem calicem non repetit, ut intelligeremus iussisse Dominum, ut sub specie panis omnibus distribueretur, sub specie vini non item. Placuit Beccano. Placuit Slotano: placuit Tiletano: placuit Hesselio; qui quasi magnum aliquid effaturus, prædixit Scripturam non leuiter percurrenda esse verba, sed grauitè ponderanda, ut ex his Christi mentem intelligamus.

XXIV. Sed calamitatem vide. Displicuit Soto, qui sic scripsit in 4. distin. 12. quæst. 1. artic. 12. Hoc Caietanus infirmare contendit (argumentum, scilicet nostrum) quasi non sit præceptum simpliciter sic faciendi: sed quod quotiescunq; fiat, fiat in eius memoriam, & Ecclesia refert. At vero non est negandum esse præceptum: alioquin non haberemus fundamentum præcepti celebrandi in Ecclesia. Displicuit etiam Vasqui, & quidem ex professo resutanti, disput. 213. in 3. Thomæ, cap. 2. & concludenti, Præceptum igitur Christus illi verba Luca, & in assumptione commemorare: in passionem eius, & non tantum, ut quoties illud sumeremus, passio nem ipsius in memoriam renouaremus: ac proinde præcipit, ut sumeremus: nam qui præcipit, ut opere aliquo commemoratio fiat alicuius beneficii accepti, ex modo ipso præcipiendi præcipit etiam ut fiat opus ipsum. Quis hoc non videt? Importuni graculi obstrepentes tantæ exultationi: Videtur quibus ista sunt curæ.

XXV. Momentum subtilitatis in eo est: quod Hoc facite in mei commemorationem non sit dictum in calice: at Hoc facite quotiescunq; biberis, non similiter dictum in pane. Hoc quid sit ante omnia videamus. Si syllabas numeres, extra aleam est obseruatio, neque nos pugnamus. Sed mentem iubemus attendere. Et sic dicimus de pane eandem rationem: & omnino interpretandum, Hoc facite quotiescunq; ederis de hoc pane in mei commemorationem. Attestatur ratio. Non enim iussus est panis ille di absolute: sed tantum cum celebrabitur Sacramentum: at hoc non celebratur semper. Itaque Paulus dixit, Quotiescunq; ederis panem hunc, & poculum hoc biberis.

XXVI. Dico rursus potuisse de calice dici, Hoc facite in mei commemorationem. Ratio facilis. Quia non minus calix, quam panis quotiescunq; Eucharistia: & non rarius ad illum quam ad hunc plebs inuitata: aut ena sollicitata. Quod si in pane potuit, Hoc facite in mei memoriam, subaudiui illud quotiescunq; ederis; cur non in calice, quotiescunq; biberis, idem sit, quod in pane, edere in mei commemorationem?

XXVII. De rectis Liturgiis; quæ non nisi post vtramq; speciem. Marci, Gratus egit, benedixit, sanctificauit, fregit, dedidit, sanctus, ac beatus discipulis. Apostolus, dicens, Accipite, comedite, Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis frangitur, & distribuitur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem postquam cenauit accipiens factusq; vini, & aqua commixtione, suscipiens in coelis ad se patrem suum Deumq; nostrum, & Deum vniuersorum, gratus egit, benedixit, sanctificauit, impleuit Spiritu Sancto, & tradidit Sanctis & beatis discipulis suis. Apostolus, dicens: Ederis ex eo omnes, Hoc enim est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur & distribuitur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Non dissonat Clemens in Constitutionibus: non Iacobus, non Basilus.

XXVIII. Petri Liturgia ordinem retinet eundem, sed numero plurali vitur. Quod est similiter in Romano Canone, Hoc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis. Et hæc, inquit Biel, clausula restituit vramq; consecrationem tam panis quam calicis.

XXIX. Et vero inepte Caietanus negauit dictum, hoc facite. Nam quid aliud Paulus, cum his dixit, semel ad panem, iterum ad calicem? Quæso te per si quid habes sani: quid est hoc & hoc facite: aliud quam hæc facite? Et non sunt viciiligatores Sophista? Non præcipitur bibere, aiunt, nisi quotiescunq; biberint in memoriam Christi. Recte. Quasi præcipitur edere, etiam quotiescunq; non ederet in memoriam Christi. Imo non semper præcipitur hoc facere, sed quotiescunq; fecerint in memoriam Christi, præcipitur edere & bibere. Vel si malis Bielem, Sensus est: Quotiescunq; hæc, quæ feci, id est consecrationem panis & calicis (glossa interlinearis apud eundem, consecrando, & sumendo, feceritis, facite in memoriam meam, id est meis sacrificij. Vnde intelligis alterutrum, vel de pane dici non absolute; vel de calice etiam absolute.

XXX. Hæc tunc Caietani apparatus. Nunc colligam aliorum quinquas. Petrus Michaelis, Bifarianus hæc intelligas licet, scilicet vel de omnibus in Sacramenti institutione ab eo gestis, vel de sola Sacramenti perceptione ab Apostolis celebrata. Priori modo, Apostolis duntaxat eorumque posteris, non promiscuo vulgo, consecrandi, offerendique impositum munus atque lex est. Posteriori non alia verborum est mens atque sententia, quam non quidem, nec omnes, nec quouis tempore ad vtramq; speciem summptionem, quæque hic sit plene per sacrificium commemorationem, lege teneri, verum ad solam Sacramenti perceptionem, non alio, quam

quo pro temporum ratione, ab Ecclesia decretum fuerit modo, idque ad sui commemorationem.

XXXI. Imo absit ut de sola Sacramenti perceptione aut ipsi intelligamus, aut alios permittamus intelligere. Alterum potius de tota institutione. Non de omnibus dico, quæve gessit Christus inter institutum: sed de institutione, id est, acceptione, benedictione, distributione. Quid ergo? Solis, inquit ille, Apostolis lex est. Negauimus olim, Sophista, & impugnauimus. Nam in distributione duo sunt necessariæ concipienda, vnum Sacerdotis, dare; alterum non Sacerdotis, accipere. Itaque aut nihil imperatur: aut aliquid imperatur etiam non Sacerdotibus nempe edere, & bibere.

XXXII. Sed non omnibus, ait, neq; omni tempore, ad vtramque speciem: verum ad solam Sacramenti perceptionem, quomodo Ecclesia decreuerit. Vnde hoc, Sophista? quam habes aut Scripturam docentem, aut Ecclesiam Veterem testantem? Nam si à te, ridemus. Et tamen neq; omnes dicebamus, neq; quouis tempore. Sed Ecclesia videlicet Romana idem censet plebi non interdicit; & omnibus promiscue non tantum permittere, sed etiam obaudere. Idem rursus plebem non arceret, & noctu, die: mane, vespere; ante cibum, post cibum; omnes cogere. Tam bene mediocritatem est edocita. Ac nos sanius; quæ non sunt instituta circumstantiæ, habeto sane sibi Ecclesia, ut tempus, locumque celebrandi, & si quæ sunt similia. At quæ instituta sunt, ea ne moueto. Esse autem hoc institutum, ut detur vtraque species nunc disputamus, ut quod pro certo habemus, id ipsum aduersariis persuadeamus, nisi obstat pernicia.

XXXIII. Resumendum nunc illud est de solis Apostolis, eorumque posteris. Nam vrgetur seueius ab aliis. Pighius sic habet. Plane est certum & euident, non ad Christi fideles omnes, sed ad Sacerdotes solos, ea sola Christi verba spectare, ad quos solos hoc facere, quod in Cana fecit Christus, pertinere indubitatum est. Alii disertius, his ipsis verbis factos esse Sacerdotes. Andræus; Verbis illis, Hoc facite in meam commemorationem de disse corpus ac sanguinem suum conficiendi, illisque potestatem dedisse Christum præsentis Apostolos Sacerdotes creasse, illisque potestatem dedisse corpus ac sanguinem suum conficiendi, tam est compertum, ut de ea dubitare nemo sine summa proteruita possit. Et probat hoc argumento. Quoniam alioquin nullum esset in sacris literis vestigium Sacerdotalis potestatis. Quod est absurdum.

XXXIV. Respondeo plane absurdum esse ad Sacerdotes solos ea verba pertinere: alioquin ad eos solos pertinere esset necesse, vniuersam Eucharistia institutionem; quæ istis verbis breuiter & compendiose contrahitur: ut docuimus. Nec vero Iansenius tam præfata audax, cuius hæc sunt cap. 131. concordia. Proinde hæc verba non pertinent ad singulos fideles, nisi quatenus pronomen hoc refertur ad summptionem. Quod si aliquid est in eorum verborum sensu, quod pertinet ad singulos fideles: Ergo falsum est ea verba ad solos Apostolos pertinere. Vasques disputat. 203. in 3. Thomæ, cap. 2. Hæc ratione verba prædicta ad vniuersos h. mines referre debemus. ut vniuersis per illa præcepta Christus vnam actionem formaliter, quamuis diuerso modo nimirum ut passionem suam memorarent in hoc Sacramento, vniuersisque suo modo.

XXXV. Sed enim his verbis creati sunt Sacerdotes. Ergo ad eos solos pertinet. Primum negatur consequentia. Iansenius autor est; cui antecedeas persuasissimum: ac non consequens absq; exceptione. Locus est, quem iam iam indicauimus. Intelligimus, inquit, Apostolos his verbis consecratos à Domino Sacerdotes: quia per ea verba potestas illis data est faciendi, quod fecerat ipse: proinde hæc verba non pertinent ad singulos fideles, nisi quatenus pronomen hoc refertur ad summptionem. Res clara. Quæ verba designant summptionem, ea pertinent ad singulos fideles. At verba quibus Apostoli consecrati sunt Sacerdotes, designant summptionem. Ergo verba quibus Apostoli consecrati sunt Sacerdotes pertinent ad singulos fideles. Brunt igitur dicent, singuli fideles creati Sacerdotes. Minime vero, inquam. Non enim absolute pertinent ad eos, sed quatenus designant summptionem, ut notauit Iansenius: & hoc satis est, ut negentur pertinere ad solos Sacerdotes: nam si id esset: ergo neque absolute, neque quatenus pertinent ad singulos fideles: quia negatio vniuersalis, negat eadem opera quicquid est particulare.

XXXVI. Deinde negatur antecedens; tribus argumentis. Primo Verba Eucharistica institutionis, eandem habent efficaciam, quam habuerunt cum primū sunt à Christo prolato. At post Christum, hæc verba nunquam habuerunt efficaciam constituendi illos Sacerdotes. Ergo neque olim cum sunt à Christo recitata. Maior patet ex perpetua fide Ecclesie: quæ propterea recitat vbiq; hanc institutionem: certo habens id eam efficere, quod significet. Alioquin nulla esset iam pridem consecratio: nullum Eucharistica Sacramentum. Minor facile probatur: quoniam his verbis nullus vnquam Sacerdos est consecratus. Deinde, quia hæc verba dicuntur, vel ad omnes communicantes; vel ad solam consecrationem. Si prius: Ergo omnes communicantes fierent Sacerdotes: quod est falsissimū. Si posterius: ergo Sacerdotes totius consecrarentur; quoties celebrarent, quod est absurdum. Secundo. Nullus Sacerdos constituitur per verba, quæ continent duntaxat partem Sacerdotij. Ergo non constituitur Sacerdotem. Maior plana est. Quoniam verba consecrationis tantum efficiunt, quantum significant. Itaq; imperfecta esset consecratio: quæ ex parte duntaxat. Minor etiam manifesta; quia præter consecrationem huius Sacramenti, cum prædicatio verbi, tum clausæ pertinent ad sacerdotium. Tertio, Consecratio Sacerdotis, est solennitas per se & separata: At hæc verba non sunt vlla solennitas per se & separata: Ergo non consecratio Sacerdotis. Maiorem cum præxis confirmat Ecclesia: cum non debent negare Papiæ; qui ordinationem faciunt separatam Sacramentum. Minorem quis neget, qui sciat hæc verba constituisse partem institutionis? Biel lect. 53. in Canonem; Hoc est membrum verum secundæ particule quartæ partis primæ epistolæ: in quo post traditam priore membro formam consecrationis, additur significationis efficaciam consecrari sanguinis.

XXXVII. Sed ingens absurdum clamant. Tantamne auctoritatem nusquam in scripturis describi, Modeste. Quid enim iuuat Stentores agere? At vos non estis in eam quærimoniam admittendi. Qui præiudicatis magis esse res posse in Ecclesia, quarum nullum in scripturis vestigium.

Tum autem importuna querimonia est. Nam quid ad rem: Non enim idem est describi auctoritatem sacerdotalem: & Sacerdotem consecrari. Ita- que probatio non respondet questioni. Et sane falsum, aut nullum alibi, aut nullum etiam hic vestigium extare. Etenim quæcumque publici muneris partes sunt in Ecclesia; eadem sunt Sacerdotij. Et hic publicæ partes sunt consecrare, distribuere speciem utramque Eucharistiæ. Itaque tum alibi, tum hic vestigia luculentia sunt sacerdotij Christiani. Et iam si nulli sint Apostoli creati Sacerdotes, siue Episcopi, Presbyterive.

XXXVIII. Sed Sacerdotibus solis hoc facere concessum est. Concedo, inquam, si consecrare, & dare, siue distribuere intelligas. Nam si etiam sumere, edere, bibere sæpe negatum. Veruntamen, quid tum si illud? An sic: si Sacerdotibus solis concessum: Ergo creati Sacerdotes Apostoli? Ridiculum. Nam Iansenius loco iam notato, Nisi quatenus sunt membra Ecclesiæ (singulos fideles dicit) qui in Apostolo accepit, & in Sacerdotibus obtinet potestatem faciendi, quod fecit Christus: Et tibi potestatem datam Ecclesiæ: datam Sacerdotibus; An quia tunc universa Ecclesia facta Sacerdos: universi Sacerdotes tunc creati? Cur ergo absurdum dicere tunc designatam potestatem fuisse Apostolorum, postea creaturam Sacerdotum? Neque etiam potuit iam antea creatorum. Baptizant enim: quod etsi non credant Papistæ Sacerdotis opus esse, tamen nos credimus. Sed & ipsi Papistæ, saltem ordinariam baptizandi potestatem Sacerdoti volunt esse certam. Siue autem postea fuerint creati, siue antea, sequitur non fuisse tum creatos. Nec sane verisimile est creatos fuisse aliud agendū, & non hoc ipsum.

XXXIX. Vsq̄que peculiarem invenit solutionem; non negans in his verbis contineri præceptum de usu calicis: sed esse pro tota Ecclesia, non pro singulis. Quod ænigmatis ita exponit, ut multa sint præcepta, quæ toti Ecclesiæ conveniant, ita ut per aliquos, non per singulos implenda sint. Ad hunc modum præceptum esse Sacerdotibus sub utraque specie sumere hoc Sacramentum: singulis non item.

XL. Sed contradicit Iansenius, qui diserte scripsit, Hæc verba non pertinent ad singulos fideles, nisi quatenus pronomen hoc, refertur ad summationem. Vnde quis non videt consequens esse, ut quatenus referuntur ad summationem, pertineant ad singulos? Et vero ridiculum, dari Ecclesiæ præceptum, & non singulis. Quid est enim Ecclesiæ per se & abstracte a singulis? Scio equidem dici quædam relicta Ecclesiæ, quæ tamen non singulis, quis enim ignorat? Verum præcepta alia sunt communia omnibus, alia peculiaria certis ordinibus. Vtraque data Ecclesiæ: sed illa singulis; ut credere in Christum; amare proximum. Ista autem non singulis quibusque, sed tantum singulis cuiusdam ordinis: ut honore parentes, omnes obligat quibus sunt parentes, etsi non omnes Christianos; quia non omnibus sunt parentes. Si hoc de quo nunc agitur non est datum nisi Sacerdotibus; non obligabit quidem omnes sigillatim Christianos, sed obligabit tamen singulos Sacerdotes: & sane ita intelligunt Papistæ, qui non putant relaxandum, quo minus Sacerdotes conficientes nullo excepto communicent utriusque speciei. Sed enim iam probatum hæc verba competere plebi; quare singulos de plebe comprehendunt: non tantum chimeram illam totius Ecclesiæ: sic enim merito appellem oppositam singulis. Quare, aut ne communicato singuli, aut si communicent, ne accedant ab altera specie. Quæ ratio est Sacerdotum, quos etsi nemo cogat conficere, tamen si conficiant, omnes cogunt utramque speciem sumere.

CAP. V.

De Signo & re significata.

I. Hæc enim Communionis integræ demonstratum ius est, ex præcepto: nunc demonstrandum ex rationibus, ut sumus polliciti.

II. Prima hæc esto. Quicunque sunt & rei significatæ capaces, & usus significandæ rationem institutionis; illi dem neque signum est dehegandum. At quicunque fideles adulti sunt & rei significatæ per calicem capaces, & eius calicis usus secundum rationem institutionis: Ergo non est quibuscunque fidelibus negandum signum calicis. Maior probatur auctoritate Petri Actor. 10. qui cum vidisset Cornelium, eiusque familiam participem fuisse factam Spiritus Sancti, ut reliquos Christianos, Nunquid, dixit, aquam prohibere potest, quo minus videlicet baptizentur isti, qui Spiritum Sanctum accipiunt sicut & nos? Vbi Lorinus, Argumentum à maiori esse Glossæ ordinariæ sententia. Si enim quod maius est dedit Deus, quod est minus nullum prohibere potest. Et vero cum Sacramenta non sint instituta nisi propter rem significandam ex definitione; sine dubio, quibus finis non denegatur, negari media ad eum finem valde est absurdum. Sic adscriptis olim ad militiam Romanam Cæsares balneum non negabant, Sic hodie nulli Christiano non licet Baptismum accipere. Et apud Papistas, si quis Baptismum iam acceperit, ei non negantur solennia Baptismi.

III. Assumptum haud difficile probatur. Primum enim res significatæ calicis, est communio sanguinis; teste Paulo, decimo prioris ad Corinthios: At quoslibet fideles capaces sanguinis Christi; quis tam perficitæ frontis Sophista ut neget? Non saltem Papistæ: qui & corporis permittant communionem; suo proprio signo: non sit autem hæc minor quam illa; ut ea concessa hæc negetur: Et omnino contendant fieri particeps sanguinis, eosdem qui corporis, excogitata in eam rem concomitantia, de qua suo loco.

IV. Secundo, Quicunque confertur remissio peccatorum; eidem confertur sanguis Christi. At quicunque fideles confertur remissio peccatorum: Ergo cuiusque fideles confertur sanguis Christi: At proinde conferendum etiam poculum est. Maiorem, opinor, non opus est probare. Maiorem vna cum conclusione probant institutionis verba: Bibite ex hoc omnes. Hoc est enim sanguis meus, Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

V. Tertio probatur ex Ioann. 6. Amen, Amen, dico vobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Facilis ratio: Quisquis habet vitam in se, bibit sanguinem Christi: At omnis fidelis habet vitam in se: Ergo omnis fidelis bibit sanguinem Christi.

Cur non sanguinis Sacramentum? Maior certa ex conversione universalis negatur. Minor perspicua ex verbis Christi eodem capite, Amen, Amen, dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam. Et Amen, Amen dico vobis, qui sermone meum audit & credit ei qui misit me habet vitam æternam. Et in condemnationem non venit, sed transit à morte in vitam.

VI. Sic probatum esse fideles capaces, imo etiam participes rei significatæ per Sacramentum calicis. Sed esse capaces usus calicis secundum institutionem, id est, potus, estne quisquam qui neget? Exceptis abstemiis: qui extra ordinem, & summa vigente necessitate excepti, non possunt opponi ordinis: ideo neque institutionis, ut ante monui: sicut neque subito morientes. Baptismi necessitatem impugnare nequeunt. Neque vero Papistæ solis abstemiis prohibent.

VII. In hoc soluendo argumento non sunt prolixi. Bellarminus totum argumentum consumit in remissione peccatorum: ut sit, cuiusque datur remissio peccatorum, eidem signum remissionis non potest negari. Quod ne nos quidem improbaemus. Sed ille responderet; contra potius consequentiam esse: cui datur signum remissionis, eidem esse dandam remissionem, ne signum esset mendax.

VIII. Ar nos, hæc consequentiam esse fallacem: nostram certiorum. Constat enim in multis signum dari, absque remissione peccatorum. Docuit Paulus iorio decimo capitis prioris ad Corinthios: Israelitas eadem nobiscum escam edisse, eundem bibisse potum; & tamen mortuos in deserto. Imo docuit in ipsa inflatione explicando, qui edant & bibant indigne, suam edere & bibere damnationem. At si datur remissio, tum multo certius concluditur dandum signum: non tantum à maiori ad minus: sed etiam à fine ad media.

IX. Sed iam de remissione ipsa: respondet idem: signum remissionis proprie non esse calicem: sed Baptismum & absolutionem: Calicem esse signum præter, quo peccata sint remissa.

X. Nihil hoc quidem ad argumentum nostrum, cuius alia forma est, Sed tamen dico contra esse proprie signum remissionis peccatorum: quia non sit simpliciter signum sanguinis; nempe ut est sanguis: sed pretij, ut loquitur Bellarminus, id est, ut Christus sanguinis fusi in remissionem peccatorum: Vnde etiam medicamentum olim appellatum semper sumendum ab iis qui semper peccant. Quia vero Sacramenta id efficiunt, quod significant: si hoc Sacramentum sit remedium adversus peccata, necesse est eodem significari, remissionem peccatorum: itaque esse proprie remissionis signum. In eum rem discretissimus ille Canon 13. distinct. 2. de consecratione. Si quis, cuiusque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeat illum semper accipere, ut semper peccata sibi dimittantur.

XI. Klingius ita philosophatur: Remissio peccatorum non promittitur ob potationem sanguinis; sed propter effusionem: nempe si quis crediderit in Christum. Quando igitur quis carnem & sanguinem sumit, nulli invidetur remissio peccatorum.

XII. Ita est, inquam. Sed nihil hæc ad argumentum: quod his totidem verbis Klingius ipse conceperat, Quibus remissio datur peccatorum, si non potest negari signum remissionis. Et certe nunquam cuiquam nostrum dictum ei negari remissionem, cui poculum non porrigatur. Quid igitur noster agit Sophista? Eruditissime: nec negat consequentiam; & antecedens concedit. O sic disputent omnes Papistæ: ut ne fiat amplius adversarij ventarisi inde nec nostri.

XIII. Locum Ioannis in tertia probatione; nemò non exagavit, sed alia; imò aliena occasione: Ea fuit Bohemorum, quos conflavit hoc loco ad probandum directe communionem utriusque speciei. Recens Ioannes de Ragusio verba hæc Ioannis de Rockizana, Quod autem communio divinissima Eucharistiæ sub utraque specie toticredentium populo sit: hæc scripta patet per illud Ioannis 6. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Narrat etiam rei originem Æneas Sylvius historia Bohemica, cap. 35. Petrum Deselessem adisse Iacobellum Misnensem? dixisse; mirari se vitum doctum sanctumque; non animadvertisse errorem illum communionis, iam pridem Ecclesiæ pessum dedisse: cum tamen scriptum sit. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Commotum his verbis Iacobellum perquisivisse veteres Sanctorum Doctorum codices; comperisse communionem calicis laudatam: ipsum itaque docuisse plebem isti, qui calicis communionem illo modo neglexeret: & ita coepisse hanc controvertiam; quam nondum movisset Ioannes Hus, at etiam Hieronymus Pragensis. Eandem historiam descripsit Cochæus historia Hussitica, lib. 1. addens, maxime exultasse Hussitas, quod reperiissent iam articulum in Evangelia lege fundatum.

XIV. Fuit hoc vchemens classicum, quo omnes undique excitati Papistæ, pro se quisque sategunt, qui si presentissimo periculo irreobuiant: nec tunc solum, cum præfens pugna esset cum Hussitis: sed etiam nunc. Nam etsi cum illis ille desit, nec enim quisquam ante inde Parisiis laceffit: Non desinunt tamen tam sollicitè inde disputare Papistæ, quam si Hannibal esset ad portas. In quolautam nobis voluptatem conciliant, & cum tam serio leuem ob causam commotentur: & cum pugnant inter se ipsi non minus quam cum Bohemis. Quod spectaculum sero forte non ingratum lectoribus, si a me representetur, ut sciant que sint artes Papisticæ in interpretanda Scriptura.

XV. Ioannes de Ragusio primo, conatu, negavit illum esse præceptum, Auctoritas non intelligitur præceptiva, nec includit in se aliquod præceptum vel mandatum. Et explicat: quia non sit necesse ubique in doctrina Christi poni ut nota præcepti vel affirmatiue, vel negatiue, ibi esse obligationem esse necessitate: ut Matthæi nono, Vide ne quis sciat. Et decimo, Nihil tuleritis in vobis. Lucæ decimo quarto, Nisi quis renuntiaverit omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus. Ex his, inquit, patet, quod prædicta auctoritas, Nisi manducaveritis, potest intelligi non præceptiva, non obstante nota præcepti.

XVI. Alias concessio præcepto, negarunt quidam agi de Sacramente: quidam affirmarunt. Negarunt olim Ioannes de Ragusio, Ioannes de Turrectemara. Nuper Cœteranus, Ekius, Ioannes Fabri Halibrunensis. Hi omnes pugnant fortiter tum ex textu, tum ex patribus magno numero.

Cui ordini videor accensere posse eos, qui dicitur agi dicunt, non de signo; Hesselium, imo etiam Bellarminum, saltem in solutione prima, negantem remedium conseruanda vitæ consistere in speciebus panis & vini: aut in modo manducandi, & bibendi: sed in sumptione corporis & sanguinis Domini, quocumque modo sumantur, modo vere sumantur. Hesselius assererat proprie non loqui de Sacramento, etsi de re quæ hæc Sacramento signatur.

XXVII. Asseruerunt contra nec minus animose disputarunt, & à rationibus, & à Patribus, recentiores; Ioannes Rossensis proœmio quinti de Eucharistia contra Oecolampadium, Beccanus, Alphonsus de Castro: Pighius, Dominicus Soto, Gregorius de Valentia, Bellarminus capit. 7. primi de Eucharistia.

XXVIII. Illis facili labore negotium peragitur: at istis maiori opus fuit artificio. Itaque etiam abeunt in varias partes. Fuere qui disunctiue interpretarentur: Nisi manducaueritis carnem, vel biberitis sanguinem; sic enim interdum in Scripturis occurrere: Actor. 3. *Argentum & aurum non est mihi.* Ioann. 15. *Si non venissem, & loquutus fuisset eis, peccatum non haberent.* Psalm. 1. *Non surgent impij in iudicio, & peccatores in concilio iustorum.* Hæc ex Bellarmino in solutione 2. & Gregorio de Valentia.

XXIX. Sunt qui malint præceptum datum Ecclesiæ, sed implendum per aliquos non per singulos. Bellarminus solutione 3. Gregorius de Valentia, Sed Dominicus Soto non probat.

XX. Dixerunt alij denique de Sacramento agi, at non de modo: sic Lorichius, & Salmero, & Gregorius de Valentia. Sensus est expressus à Lorichio: Non refertur ad modum sumptionis Sacramenti, sed simpliciter ad Sacramenti sumptionem, siue sub vna, siue sub vtraque specie. Salmero diligentius. Non intelligi feruam manducationem, siue Capernaiticam: non intelligi Sacramentalem tantum: non spirituales tantum: Ergo de manducatione spirituali in hoc Sacramento actu voroue suscepto: quæ non minus in vna quam vtraque specie intelligatur, Huic solutioni postrema acquiescit Soto. Sed & Costerus notat, nullam fieri mentionem specierum, sed corporis tantum ac sanguinis: hunc autem sanguinem sub specie panis bibi.

XXI. Hæc diligentia fuit Papistarum. Quibus nos libere illud obiicimus. Non amo nimium diligentes. Nam quid opus est circuitus quærite, ubi tam facile vadum? Nos certe ij sumus, quibus persuasissimum est, hoc toto capite Ioannis 6. agi abstractè de re per Sacramentum Eucharistia significata, id est, esu potuque spirituali carnis ac sanguinis Christi. Itaque non probamus Bohemos directè ab his verbis argumentantes. Caluinus hic ingenius, vt vbiq;e, *Grassus fuit Veterum error, qui infantulos putarunt vitæ aeternæ priuari, nisi Eucharistiam illa pervigerent: neq; enim de Cæna habetur concio, sed de perpetua communicatione, quæ extra Esu Cænae obij constat. Nec vero rectè Boemi, quæ hoc testimonio probarent usum calicis promiscuum debere omnibus esse.* Quod ad infantulos spectat: eos Christi institutio à Cæna participatione arceat: quia nondum scissos probare, nondum colere Christi memoriam possunt. Eadem institutio calicem omnibus vna cum pane communem facit: mandat enim vt inde bibamus omnes. Itaque nostrum nemo est vsus isthoc argumento aduersus Papistas, quod agnouit ac testatus est Bellarminus, & Costerus. Vnde notanda impudentia non tantum Beccani excipientis duntaxat quosdam Calvinistas; sed multo magis Petri Michaelis; qui cum suo Clementi pactes impoluerit nostras, tum hoc etiam argumentum. Et Dominici Soto, qui Lutheranis nominatim adscripsit. Nam qui plurimi tractarunt promiscue cum nostris aliis rationibus nulla addita discretionem nominum, tolerari posse videntur; quasi non nos haberent impugnandos solos.

XXII. Non est nostrum nunc disputare, vtri melius senserint, ij qui negarunt, an qui affirmarunt, agi his verbis de Sacramento, quo fiet Deo dante alio loco: etsi iam satis præiudicamus quæ sit nostra sententia. Sed hoc tamen dicimus confidenter non tantum argumento nostro nihil præiudicare quicquid commenti sunt, cuiuscunque sint ordinis: sed etiam nugas egisse meas, quicunque in posteriori sperarunt à se confutatum iri Boemos.

XXIII. Persuaserit ille scilicet de Ragusio, nullum esse præceptum, vbi addita tam seuera poena, priuationis vitæ. Et nullo quidem exemplo producto. Nam illa Matthæi 9. & 10. nullam habent adiunctam poenam, vt taceam sumi non probari non esse præcepta. Illud autem ex Luca esse præceptum, & quomodo alias disputatum à nobis.

XXIV. Disunctiua interpretatio Bellarmini, quid monstri est quæso? Nam significat illa quidem posse haberi vitam æternam si alterutrum duntaxat bibatur. Sed nunquam quicquam sanæ mentis tantam auctoritatem concessurus est vlli Iesuitæ, vt hanc significationem esse iubeat huic phrasi est, contradicente vniuerso humano vsu. Nam omnino copulatiua phrasis est. Hoc est simul vtrumque membrum eodem fasce inuoluens. Cum disunctiua separet, & seorsum sumat. Exempla. Actor. 17. *Athenienses & aduena hospites nulli alij rei vocabantur, nisi ad dicendum, aut audiendum aliquid noui.* Prioris ad Timoth. 5. *Aduersus Presbyterum accusationem ne admittito, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Nimirum sensus est alterutrum membrum sufficere ad veritatem orationis; etiam si alterum desit: vt si probatio sit duorum testium, etsi non trium, tamen sufficere: & potuit Atheniensem aliquis vacare non dicendis nouis, sed tantum audientis, vel contra.

XXV. Ast copulatiua exempla omnia aliter sunt, Matth. 14. *Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces.* Muta; nisi quinque panes aut duos pisces, idemne cuiquam videbitur: Decimo octauo, *Nisi conuersi fueritis, & sicut vt pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.* Disparato, nisi aut conuersi fueritis, aut sicut vt pueruli, non tra loqueris in Theologia. Marci, *Neque permisit vt quisquam ipsum sequeretur, nisi Petrus & Iacobus, & Ioannes fratres Iacobi.* Prioris ad Corinth. 1. *Neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum, & Caium.*

XXVI. Atqui Actorum 3. *Argentum & aurum non est mihi.* Id est, aurum vel argentum. Intelligo, longè alia ratio est. Non enim hypothetica enuntiatio est, sed Categorica, vt loquuntur scholæ. In huiusmodi autem simul negatur vtrumque membrum, etiam si particula sint disunctiua. Itaque perinde est, si dicas, aurum & argentum non est mihi, siue, argentum vel aurum non est mihi. Itaque non particula aliam ponit,

aliam tollit: sed negatio categorica vtriq; est communis. Ast in Hypo-thetica enuntiatione, gemina copula est, quarum alterutra, vel ponitur, vel tollitur. Hæc autem particula, nisi, negat copulam hypotheticam; non categoricam. Si dixeris, nisi sit tibi aurum vel argentum, non dabis elemosynam: non negas haberi: sed negas tantum consequens, posito antecedente, quod est, non istud haberi argentum vel aurum: sed oppositum non haberi. Eadem ratio est Psalmi 1. vbi rectè expressum dicit, *non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum:* quod non nego: sed illud neque, esse vel non absit vt (ophista concedam, vere enim copulatiua negatio est, vtrumque membrum æque tollens.

XXVII. At Ioannis 15. *Si non venissem, & loquutus fuisset:* Simile exemplum est huic loco: sed, & posito pro, vel, non concedimus. Significauit enim Christus se vtrumq; præstitisse: scilicet & venisse, & loquutum fuisse: quia videlicet aduentus nudus, absq; vlla doctrina, nihil profuisset, ad augendum, minuendum ve crimen.

XXVIII. Gregorius de Valentia addit; ex 21. Exodi, *Qui percusserit patrem suum, & matrem suam, morte moriatur:* vbi particulam esse copulatiua pro diiunctiua manifestum est: sed in enuneriato categorico. Muta: Nisi quis percusserit patrem suum, & matrem suam, ne moriatur; quis non videt quanto hæc distent intervallo? Sic solent nullo discrimine Sophista iungere gryphes equis.

XXIX. Ecclesiæ mandatum non singulis; alias explosimus. Sed hic explicet etiam Dominicus Soto, *Interpretatio hæc, inquit, non est ad modum textus græci.* Vtinam neq; Papistis sed frustra opto: non sic solet Papistis tumma cura esse quid textus velit, aut nolit.

XXX. Non agi de modo Sacramenti, sed de Sacramento, ridiculum est: quoniam Sacramentum nihil nisi modus est; cum sit ceremonia, vt alias notatum communi consensu. Atqui ceremonia & modus ceremoniæ nullo modo differunt, nisi, si forte, ratione, & hac quidem subtiliori, quam solidiori. Deinde hanc ipsum modum non exprimi falsum; quia comedere & bibere, est modus: & modus is ipse, de quo nunc disputatur. Vtrumque Christus nominauit: & vtriq; assignauit eandem necessitatem. Inuitis quidem Papistis. Sed quid facias? Non erat Christus ira institutus, vt his cæcam vouisset obedientiam. Ridiculus autem Salmero. Non loquitur, ait, de feruio esu. Concedo, inquam. Non de Sacramentali tantum. Concedo, quandoquidem personarum eorum nunc suscepi, qui de Sacramento interpretantur. Ergo, inquit, de spirituali in Sacramento. Et hoc eodem modo esto concessum. Quid tum? Atqui hæc non minus fit in vna, quam vtraq; specie. Rectè, inquam, æque enim participatio Christi est in pane, & in calice. Sed tu, vir bone, aut non concludis quod erat in quæstione; videlicet non esse æque vtramq; necessariam: aut si concludas, quia æque in vtraque, Ergo alteram esse superfluum, siue non æque necessariam: non interpretaris locum: sed fingis tibi somnia.

XXXI. Atque hæc tenus in gratiam Bohemorum, aduersus eos, qui eis concedunt Christum loquutum de Sacramento. Nunc nostram rem agamus. Dixi hæc nulla commenta labefactare argumentum nostrum. Id credo & κλάδος διακρίσει; Maior fuit. Quicunque habeat vitam in se, eum bibere sanguinem Christi. Hocce infirmum siue qui rem intelligunt, siue qui Sacramentum? Imo qui rem: ij manifeste confirmant. Qui Sacramentum, non infirmant: quandoquidem, teste Salmerone, non intelligunt Sacramentum nudum, & à re seiuictum: sed vtrumq; simul. Minor fuit. At omnis fidelis habet in se vita. Id certum: quocumque modo hæc Christi verba interpretare. Quia videlicet non ab istis confirmatio est, sed ab aliis; aduersus quæ nihil obicitur.

CAP. VI.

Variationes pro vtraq; specie.

I. Cvm labo alias rationes. Hanc secundam. Cui imperatur finis instituti poculi, eidem poculum instituitur. At plebi fidelis imperatur finis instituti poculi. Ergo eidem instituitur poculum hoc Eucharisticum. Maior patet ex communi sensu: & ex pari exemplo panis: qui nunquam fuit denegatus plebi: & reliquarum omnium rerum: qui iubetur vivere, eidem permitenda sunt quæcumque ad eam vitam fouendam pertinent. Cuius sanitas optatur, eidem medicamenta sunt applicanda. Qui destitatur eruditioni, huic tradenda sunt elementa. Denique qui vocandus est ad salutem, eidem sunt articuli fidei communicandi.

II. Minor probatur: quia commemoratio Christi est finis instituti poculi. At commemoratio Christi imperatur plebi. Ergo finis instituti poculi imperatur plebi. Patet maior ex verbis Christi apud Paulum, *Hoc facite quotiescumque biberitis ad mei commemorationem.* Biel in illud Canonis, *Hoc facite.* Hæc enim vna causa est institutionis huius Sacramenti, vt in Ecclesia militante esset perpetuum memoriale passionis Domini. Apud Gratianum Canon, *Quia corpus,* de Consecratione, distinctione secunda, *Necessarium erat;* vt die Cæna, Sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret; vt coleretur in gremio per mysterium, quod semel offerbatur in præteritum. Mitto alia plurima testimoniaria: res enim est manifesta.

III. Assumptio probatur etiam ex ipsis Christi verbis dicentis, *Hoc facite in mei commemorationem:* Et Pauli repetentis, *Quotiescumque manducaueritis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis,* siue annuntiate *quæ sitis, usquequo venerit.* Et analogia partium postulat. Nam de pane dicitur est, *Hoc facite in meam commemorationem,* vnde plebi concessa ea species: itaque non dubitatum debere à plebe commemorationem hanc fieri. Cur non similiter in calice?

IV. Beccanus in hunc modum conceperat argumentum. Finis est commemoratio mortis Christi, ad quam tenentur omnes fideles. At mors Christi non potest integre significari & representari per vnã speciem. Ergo sicut tenetur ad commemorandam Christi mortem: ita etiam ad vtramque speciem percipiendam. Et hanc formam sugillat, tanquam constantem quatru terminis: cum in maiori sit commemoratio, in minori significatio. Sed primum formam quoties parabit reprehendere, doceat non à seipso finxisse: sed à nobis habuisse. Nihil enim proliuius aduersariis, quam

quum opposita sibi argumenta eneruare. Nos autem haud est aequum

V. Veritatem quid hoc tandem subtilitatis est? Valde, inquit, in-

VI. Bellarminus, dupliciter commemorari in Sacramento mortem

VII. Sed hoc primo commentum est. Nam & Christus, & Veteres

VIII. Sed didi: ex consecratione & oblatione per eam representari

IX. Huc pertinet Alphonfi de Castro commentum, quod mihi visi

X. Placuit describere paulo diffusius nostro commodo, Primum obser-

XI. Deinde obserua, plus longe nobis concedi, quam aut nostrum ar-

XII. Hanc iubeo diligenter obseruari; quae non sunt vnius Alphonfi;

XIII. Nunc illud videndum, ad quem pertineat commemoratio, si-

Janguinis de latere effusio designatur? Item ex Angustino: Quia morte Do-

XIV. Respondebat iterum Beccanus concludi a nobis ex Apostolo

XV. Imo imponit. Non enim diximus esse necessariam, sed institui-

XVI. Veritatem quomodo id contra Paulum? Quia is dixit alter-

XVII. Et vide quid agas. Dixit Christus, Hoc facite in mei memoriam:

XVIII. Haec tertia ab analogia significati-

XIX. Ne minorem quidem speravi probatione opus habere, apud

XX. Respondent. Primo Bellarminus negat minorem, id est, Eu-

XXI. Atqui Sophistes abutitur homonymia Coenae. Nam certum est

munem : posterior autem solam Eucharistiam. Vide Baronium anno tricesimo quarto : & Maldonatum in vicefimum sextum Matthæi : & alios Durandus Rationalis lib. 4. cap. 42. *Christus post Cœnam corpus & sanguinem suum dedit Apostolis.*

XXII. Non est igitur verum, calicem à Christo exhibitum post Cœnam Eucharisticam, aut non esse partem cœnæ Eucharisticæ : sed tantum non esse partem cœnæ siue Paschalis, siue communis, quod utriusque verum eum de pane. Et verò si non esset ita ; cur in Missa esset utraque species necessaria ? Nam Missam appellant hanc Cœnam, id est Eucharistiam. Et sane argumentum nostrum non est inde petitum, quod in Cœna fuerit Sacramentum institutum : sed quod ipsum Sacramentum sit cœna, siue conuiuium.

XXIII. Cyprianum autem docere calicem offerri solere post expleta solemnia ; verum est : sed post finitam Missam, id est Eucharistiam, falsissimum. Verba sunt de puella, quæ allata in cœtum, dum preces conciperentur varie afficiebatur, *Vbi vero, inquit, solemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præsentibus cepit, & accipientibus ceteris locus eius aduenit : & reliqua.* Et hæc solennia quisquam ausus totam Eucharistiam interpretari ? Cur non loque facilius consecrationem ? Nam huius peractam formulam oportuit, antequam quisquam accederet ad communionem, non tantum calicis, sed etiam panis : quod prolixè testantur omnes liturgiæ. Inde illud Calixti, *Per unam Consecrationem omnes communicent, de Consecr. distinct. 2.* Nec populus duntaxat, sed etiam Sacerdos.

XXIV. Respondent postea ad maiorem. Bellarminum igitur secundo ? Etiam si Cœna Domini utraque specie constaret : tamen quia quælibet species continet rem utriusque speciei, tam esset integra cœna ex vna specie, quam ex duabus : sola enim differentia esset in vasis quibus inferuntur cibi. Costerus conspirat. In corporalibus propter varias qualitates sicci & humidii differunt manducare & bibere. At vero in spiritualibus, vbi locum non habent istæ corporeæ qualitates, idem valent manducare & bibere. Proinde qui sub vna specie Christum manducat, tamen si significetur tantum comedere spirituales cibum, plenissime tamen reficitur, non secus ac si etiam de calice biberet.

XXV. Atqui, inquam, primo nihil ad thesion, quæ est de inhibitione calicis. Et si enim vnum sit idemque edere & bibere spiritualiter ; tamen non sequitur ei qui edit bibique spiritualiter interdendum esse alterutrum elementum. Exemplo est Sacerdos : cui certe non minus est vnum idemque edere & bibere. Imo alius, quicumque spiritualiter edit bibique, plene edit bibique absque vilo Sacramento panis & calicis : quod neque aduersarij negant. Quid ergo ? Liceatne profus interdiciere vni Sacramento, quæquam fidelem ? Non puto. Atqui quas illi rationes proferent siue pro Sacerdote, vt utraque sit ei necessaria, siue pro laico, vt saltem alterutra ; eadem nobis huc sunt profuturæ. Hæc ipsa, inquam, ratio, quam habet Bellarminus pro sacerdote duas species ad sacrificij perfectionem pertinere : eadem plebi est communis : cum sit eadem perfectio Sacramenti, quæ sacrificij.

XXVI. Secundo, Sacramentum hoc nego dici conuiuium ratione rei ipsius significatæ, sed ratione significationis : sumptæ à rebus visibilibus. Itaque Durandus Mimatenfis libri 4. capite 42. *Quamuis sub specie panis, sanguis sumatur cum corpore, & sub specie vini sumatur corpus cum sanguine, nec sanguis sub specie vini bibitur, nec comeditur : quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur : ita neutrum sub specie panis bibitur, aut specie comeditur.* Neque qui est aut vnquam legitur apud Patres hæc monstra loquendi, bibi sanguinem in pane : comedi corpus in vino : aut comedi sanguinem in pane ; bibi corpus in vino. Inuenimus tamen iis denegari sanguinem, quibus denegerunt vinum : imo abstinere à corpore & sanguine, qui abstinere à pane & vino. Dicam amplius, nunquam apud veteres auditum, corpus non dicam bibi, sed vel sumi in calice : aut sanguinem non dicam comedi : sed vel sumi in pane. Quare cum de conuiuij munificentiâ agitur, frustra opponitur rei veritas, quæ vel sine vilo conuiuij constat. Vnde necessarium est argumentum constare.

XXVII. Petrus Michael. Vt Deum interdum utroque, pane & vino, ad sustentandam vitam corporalem : interdum alterutro : v. Israel. em satis longo tempore solo manna citra potum : & experientia compertum, plerisque sine omni potu longo tempore vitam tolerasse. Itaque quomodo Deus vitam corporalem sustentat modo utroque, modo cibo solo : eodem quandoque sub utraque specie carnem sanguinemque suum præbet ; quandoque sub altera.

XXVIII. Et tibi Sophistarum impotuitatem. Vt nihil sit tam extraordinarium ; nihil tam insuetum, nihil tam obscure laens, quo non videntur aduersus diuinum institutum. Atqui hæc omnia sunt vel naturæ ludentis rati conatus : vel Dei supra naturam operantis miracula. Quamquam solo manna sustentatum fuisse Israel. em absque vilo potu, nunquam erat hæc tenus cuiquam somnium. Sed vt cunque id sit, tamen constat institutionem Eucharisticam desumptam, non à sensibus naturæ, non à Dei miraculis ; sed ab ordine naturæ. Habuimus paulo ante testes : nunc iterum Bonauenturam in quartum, distinctione octaua, partis secundæ, articulo secundo, quæstione secunda, *Ratio talis in egritate* (per quam Sacramentum Eucharisticum est vnicum, ex duobus signis, & ordinationis vnius dissipatione venit à natura : quia nec panis est plene per se refectio, nec vinum, sed utrumque : & vna plena refectio in natura venit ex utroque, & ita dissipatione sunt ad vnam refectioem signandam. Sed completæ venit ab institutione diuina, quæ vna institutione hæc duo signa ordinat ad significandam vnam perfectam refectioem. Et ideo vnum sacramentum ratione naturæ, & institutionis diuina. Valques in tertiam Thomæ disputatione centesimæ sexagesimæ octauæ, capite 1. *Cum fuerit institutum ad refectioem spiritualem gratiæ, quam significat, & ex cuius significatione rationem subit Sacramenti, vni habet eiusdem conuiuij. Conuiuium autem licet consistat duplicare, nempe cib. & potu, quia tamen non intelligitur refectio in egra conuiuij in cibo, aut in potu, si dicitur simul, ideo dicitur vnum conuiuium, & potus & vna refectio. Soto in quartum, distinct. 8. quæstionis vniuersæ, artic. 6. *Vniuersum Sacramentum quia est signum sumitur ab vna significatiōe, quæ ex duabus consecrationibus resultat, ut potus per quas significatur vnica refectio, vni in egritate constat ex cibo & potu.**

XXIX. Esto igitur sustentandæ vitæ corporalis ratio gemina : vna ordinaria per cibum & potum : altera extraordinaria, siue vel altero, vel utroque. Veruntamen negamus ab vtraque institutionem huius Sacramenti esse deductam ; sed tantum à priore, quæ est ordinaria. Itaque temeritas est horrenda, sic inuolantium in eam institutionem ; sic transferentium terminos à Deo positos. Egregia videlicet ratio : Quia Sacramentum institutum est instar ordinariæ consecrationis huius vitæ : hæc autem consecratio extra ordinem fiat interdum siue potu. Ergo funditus tollendam in Eucharistia potum. Potueruntne diuinius probare Papistæ sibi patuisse totis Peripatetica spatia.

XXX. Huius argumenti nostri est, quod aduersariis magis placuit separatum ; à perfectione Sacramenti. Cum enim sit perfectum in utraque specie : ergo qui alterutrum sumunt, sumunt imperfectum. Forma sic est. Omne Eucharisticæ Sacramentum perfectum est in utraque specie. At quibuscunque fidelibus capacibus institutum est perfectum. Ergo in utraque.

XXXI. Respondet Costerus. Perfectum dici Sacramentum duobus modis : vel vtres quæ Sacramento conferuntur, detur integra & plenæ, vel vt sit plena significatio. Priori modo Sacramentum Eucharisticæ esse perfectum sub vna specie, quia sic Christus integer sub utraque : posteriori vero minime : quia manducando non significetur perfecta refectio, quæ consistit in edendo simul & bibendo.

XXXII. At ego primum dico Sophisticam esse distinctionem non tantum recentissimam, & nusquam stabilitam in Ecclesia Veteri, natamque in media superstitione : sed etiam præter rectam rationem. Etenim cuiuslibet rei perfectionem oportet esse in materia & forma : vt neque sit neque possit dici perfecta, si aut vtrique, aut alterutri desit aliquid. Effectus autem cum sit extrinsecus, non tam pertinet ad perfectionem, quam sequitur eam. Itaque potest interdum esse absque altera : vt casus perfectus, cui nihil desit suarum partium : & potest tamen homo occidi ab ense cui aliquid desit iustæ quantitatis ; quod mille exempla docent. Sic in imperfectione substantiæ, perfectus est effectus. Iam vero in Sacramenti geminata materia est, vna remota, altera propinqua : forma autem est significatio, siue analogia, per quam sit, vt sint signa, siue Sacramenta. Utraque pars, siue materia, siue forma, pendet ab institutione : neque aliunde sumenda. Constat Eucharisticæ materiam remotam esse panem & vinum ; propinquam eum & potum : constat significationem esse siue corporis & sanguinis Christi ; siue mortis eiusdem : quorum vtrum dicas perinde est. Vnde clarum si desit materia remota, si propinqua, imperfectum esse Sacramentum : quicquid sit de fructu, siue effectu. In hac autem commutatione diminuta clarum est materiam esse imperfectam, quia desit & pars tum remota, calix : tum propinqua, potus. Ergo certum est : communionem diminutam non posse esse non imperfecti Sacramenti.

XXXIII. Præterea vt admittamus distinctionem, tamen non infirmatur ratiocinatio nostra : quæ sic facile potuit reformari, vt accommodetur huic distinctioni interim concessæ. Omne Eucharisticæ Sacramentum sua essentia perfectum, est in utraque specie. At quibuscunque fidelibus capacibus, institutum est essentia perfectum. Ergo sub utraque specie. Maiorem aperire concedit Costerus, hæc ipsa distinctione ; quæ dat non esse perfectum, vbi non sit plena significatio : & plenam significationem non esse manducando : quo non significetur perfecta refectio. Supererat ergo minorem negari, sed etiam confirmari institutio : confirmat etiam præcedens argumentatio.

XXXIV. Quarta nobis ratio. Nullum legatum testamentum constitutum, debet subdici legatariis. At communio vtriusque speciei, est legatum constitutum testamentum Christi. Ergo communio vtriusque speciei non debuit subdici legatariis fidelibus. Maior patet, quia hoc testamentum, vel pactum significat, vt sæpe in Scriptura : vel dispositionem vltimæ voluntatis. Si est pactum : ergo non debet violari : probatur ex institutione circumcissionis, quam qui neglexisset, debebat morte puniendus, eo quod irritum fecisset pactum Domini. Paulus ad Galatas tertio : *Hominis licet passionem* (siue testamentum) *autoritate confirmatam nemo abrogat, aut aliquid super addit, in dicitur.* Sin autem est dispositio vltimæ voluntatis : idem Paulus ad Hebræos 9. *Vbi Testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Testamentum enim in mortuis ratum est.* Recte Biel lectioe 35. in Canonem, *Sacramentum irritum reputatur, si contra institutionem celebratur.*

XXXV. Assumptum patet ex ipsa institutione. Matthæi vicefimo sexto, *Hoc est sanguis meus Novi Testamenti.* Lucæ vicefimo secundo, *Hoc poculum est Nouum illud Testamentum per sanguinem meum.* Et similiter apud Paulum. Durandus Mimatenfis libri quarti, capite quadragesimo secundo, *Christus post Cœnam, corpus & sanguinem suum dedit Apostolis, vt hoc Sacramentum velut vltimum testatoris mandatum artius memoria commendaretur.* Thomas, tertia parte quæstionis septuagesimæ tertiæ, articulo quinto, institutum hoc Sacramentum docet, quia ea, quæ vltimo dicuntur, maximo ab amicis recedentibus, magis memoria commendantur, præsertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ea vero ad quæ magis affimur, profudius animo imprimuntur.

XXXVI. Quid aduersarij ? Primam solutionem & proponit & eadem opera resoluit Ianfonius libri 4. cap. 7. *Ad hoc quidam dicunt, calicem non esse testamentum. Contra quos non urgeo quod apud Lucam dicit Dominus. Hic est calix Nouum Testamentum.* Et post : *Nemo tamen negarit, quin sicut Dominici corporis, ita & Sacramentum Domini calicis refectum quoddam sit causa mortis ad recordationem. Huiusmodi autem refectum solennius vocare Testamentum.* Est ergo Sacramentum Eucharisticum, quam sub panis, tam sub vini specie Testamentum : & quidem laici à testatore refectum alioqui enim nec potuissent, nec possent laici de calice & quam participare. Scilicet illi quicumque ; tandem fuerit (sed apparet esse Papistas) minorem negaant : sed tam improuise, vt pau non potuerit Papista : quo nos oportet esse in hanc partem securiores.

XXXVII. Bellarminis. Hæreditas, inquit, nobis relicta, non est panis, neque vinum, sed corpus & sanguis Domini, quæ duo dantur tam sub vna, quam sub duplici specie : hoc solum interest, quod qui bibunt ex calice accipiunt hæreditatem in duabus tabulis : qui non bibunt, accipiunt

et piam illud idem in vna tabula: sed hæc differentia nullius est momenti, quod attinet ad participandam hæreditatem.

XXXVIII. Fallor? an hanc ipsam solutionem Ianfonius improbat? Proponit alii verbis. Alii arbitrantur, inquit, tam testamento quam legatariis satisfieri si quidem quippiam de exteriori Sacramenti forma, nihil tamen de re Testamento legata fraudetur, negetur, aut detrahatur: sicut nulla parte fraudantur legatarii, si summa pecuniaria testamenti relicta solvatur vno nummo. Cum enim Sacramentum Domini: corporis in se habeat totum sanguinem Christi, quando hoc fidelibus porrigitur, res omnis testamento relicta eis compendio, & quasi in vno nummo exsoluitur.

XXXIX. Audisti propositam, nec quidem non perspicue: sed audi nunc refutatam. Et quidem bis. Primum, posse aliquod habere momenti, si testamentum Christi de re sacramentali solum disposuisset. At Christum & scivisse futuram semper integram rem, sub vtraque specie sigillatim; & tamen sub vtraque sumendam reliquisse: itaque non solum rei sacramentaria, sed etiam signaculorum habuisse rationem, ad manifestationem passionis mortisque representationem. Secundo posse vno nummo rem solui, si possit vel vno comprehendi, vel ex pluribus constari. Itaque si esset in Ecclesia potestate pro arbitrio, vel corpus Domini sub specie panis, sanguinemque sub specie vini seorsim dare, vel vtrumque sub altera simul: tunc sane etiam in vnam posse Ecclesiam contrahere rem eandem, quæ posset in duas distingui ac diuidi. Atqui nec rem sacramentalem per plures formas diuidi, nec Ecclesie arbitrio sub vnam contrahi.

XL. Non inepte. Primum cauisse Christum non tantum de re, sed etiam de signis: itaque non rem tantum legatam: sed etiam signa. Quare exhibendam rem, exhibenda etiam signa: alioquin testamentum violari. Si quis legarit simpliciter summam pecuniariam, nummos bis mille: cum sine quoquo modo representes bis mille nummos, fiet satis testamento. Sed si mille in auro signato, mille in vasculis: tum ia signato bis mille non potes: quia aliter teneris ex præscripto testamento. Et sane ni ita sit, & res tantum sit attendenda; potes integrum Sacramentum subtrahere: quia per Baptismum eandem rem representasti, teste Augustino apud Gratianum Canone, *Quia passus, de consecrat. distinct. 2. Nulli est aliquatenus dubitandum, vnumquemque fidei: cum corporis & sanguinis Domini tunc esse participem, quando in Baptismate membrum efficitur Christi: nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedit, ea icenque bibit, de hoc seculo migraverit in unitate corporis Christi consti usus.* Cum ergo vnum idemque conferatur per Baptismum, & per Euchariistiam geminum Sacramentum; vt in Euchariistia per geminum signum; cur non æque inhiatur Euchariistia.

XLI. Secundo; non posse vtrumque dari in altera specie. Quare? Quia non potest scilicet, vel panis bibi; vel vinum comedi. Itaque cum non possit res legata, nummorum instar, in vnam redigi summam; tunc fraudem fieri testamento, si vna tantum species obiciatur: quomodo cum non possit signatum aurum, idem esse fufum; si non nisi signatum offeras, ager aduersum te legatarius, ex formula testamenti Viden' quam sibi frustra blanditus sit Bellarminus.

XLII. Agnosceat igitur Ianfonius peccatum minuta communio: Minime vero. Queritur, inquit, qui iusticia participatio Domini: testamenti vna parte negari poterit, testamentum pro vtraque sui parte expectanti. Et respondet. Iure dispensationis, siue dispensandi. Quid hoc est? Nihil sane noui: sed hoc tritum, eam potestatem Ecclesie esse, & quidem ab Apostolis acceptam; vt possit pro arbitrio, id est, prout viderit expedire, vel vnam speciem, vel vtramque dispensare. Nimirum hoc expeditissimum fuit tyrannorum axioma, vt deficiente ratione dicant, *Sic volo, sic iubeo.* Nec sperandum, vt hinc suo iuri renunciet vnquam bona illa Romana mater. Omnia potius eant pessum, quam vel tantillum de suæ tyrannidis culmine diminutum patiarur.

XLIII. Cofferus, concedit totum argumentum: sed negat sequi, vtramque speciem omnibus percipiendam: tantum non esse vtraque specie fraudandos Christianos. Non fraudari autem, vtraque, quibus altera concedatur.

XLIV. Nouum ius sane: nouam iuris dicendi artem. Quod Christus nobis Testamento reliquit, hoc per neminem potest nobis auferri sine sacrilegio. Sunt enim hæc verba quibus vsus est in argumento concipiendo sophista. Constat autem legatum & panem, & calicem. Nunc tam est sui confidens, vt persuasurum se speret, ex illo posito, nihil effici, nisi legatarios non fraudandos vtroque simul: sed posse tamen altero. Hoc Papinianus agnoscat? Sed cur ergo tam præcise vtrumque docent necessarium Sacerdoti? Non enim iste alio fundamento nititur, quam istoc ipso Testamento: quod alterius legati fraudem admittit tam facile.

XLV. Esto hæc nobis nunc quarta ratio. Quod Deus coniunxit instituendo, non debet homo separare. At vtrumque elementum in Euchariistia instituenda Deus coniunxit. Ergo hæc elementa non debuit homo separare. Maior patet ex Matthæi 19. vbi Christus proposuit de matrimonii solutione quæstionem resoluuit hoc axioma, *Quod Deus coniunxit homo non seungat.* Minor perspicua est ex institutione.

XLVI. Beccanus hictorus in fermento iacet. Ex hoc argumento constare nos aut insanos esse, aut insigniter petulant. Nullam esse connexionem, Homo non potest separare virum ab vxore: Ergo non potest communicare sub vna specie. Sed posse persuaderi, nullum reum quantumuis secleratum, nullam feram, pecudem, piscem, aut auem necari ab homine posse: quia Deus animam coniunxit cum corpore. Hæc esse ineptias indignas homine Christiano.

XLVII. Permittamus Iesuitæ sua irata vocabula: suas contumelias. Id genus hominum est, cui nihil rectum, nisi quod suum. Sic qui nunc indignatur hoc argumentum audiens; alias pro demonstratione obrudiri, spiritualiter sumi semper corpus, & sanguinem Christi simul: Ergo non debere vtramque speciem exigi in Euchariistia. Et exempla quædam occurrente antiqua communione diminuta: Ergo præclare factum Ecclesie Romanæ, cum calicem prohibuit. Et alia non pauca vere iudicula, vt molliissime loquar.

XLVIII. Rem videamus potius. Negat maiorem: vt non vniuersalem: profertque exceptiones, quia licet homini animam & corpus separare, vt in homine seclerato, in fera, in pecude, in pisce, in aue. Locum ex Matthæo, esse particularem de matrimonio, non vniuersalem.

XLIX. At nos instantias dicimus esse alienas: quia qui Deus coniunxit animam cum corpore; idem sancit separationem, cum iussit reos secleratos a magistro occidi: & bruta instituit in cibum. Itaque non homo separatur, sed Deus ipse sua lege; cui homo obsequitur. Ast in argumento nostro, homo separare dicitur cui sua sola audacia causa est, non vlla diuina autoritas. Quomodo Ecclesia Romana fuit audax, temeraria, sacrilega: quæ suis ratioculis inducta, legem fixerit oppositam legi, id est institutioni diuine; vt calicem distraheret à pane; cum vtrumque Deus coniunxisset, id est iussisset sumi. Nihil ergo obicitur, quo cogamur maiorem non vniuersaliter efferre.

L. Quod ad locum Matthæi pertinet; fatemur conclusionem peculiarem esse de matrimonio. Sed hoc axioma, negamus esse conclusionem: imo potius maiorem propositionem in hunc modum. Quod Deus coniunxit, homo non debet separare: At Deus coniunxit virum & vxorem. Ergo non debet homo separare. Notum est autem latius patere axioma sua conclusionibus, nisi apud sophistas quibus licet idem per idem demonstrare. Ianfonius Concordiæ 96. *Duplici de causa significatur diuortium non licere: quia scilicet, & est contra naturam, & contra Dei legem & constitutionem. Contra naturam enim est, vt vna diuidatur: contra legem, vt hoc distrahatur, quod Deus coniunxit.* Certe nulla hæc ratiocinatio est, nisi fundamentum ponatur; non hæc tantum, id est matrimonium, sed longe latius, quicquid est autoritate diuina coniunctum, non esse autoritate humana separandum. Alioquin hæc esset disputationis forma: Matrimonium à Deo coniunctum, non debet separari: At matrimonium non est separandum. Qua forma quid potest esse putidius? Itaque recte Caluinus, rumpatur vt ita Papæ, *Latius extendi potest hæc doctrina. Papista Ecclesiam à Christo capite suo auu sum nobis fingentes, truncum & mutilum nobis relinquunt corpus. In sacra Cæna, quum Christus panem vino coniunxerit, vsu calicis totam plebem priuare ausi sunt. His diabolicis corruptelis opponere licebit, Quod Deus copulauit, homo non separet.*

CAP. VII.

De Exemplo Christi.

I. Hæcenus quod eramus polliciti de iure communionis integritate: Nuac de facto: quæ pars posterioris huius disputationis est posita: partim in Scripturis, partim in Patribus.

II. Habemus ante omnia exemplum Christi, postea Apostolorum. Etenim manifestum est Christum non tantum instituisse vt Euchariistia geminum signum esset; sed ipsum præsentis operis exsequutum esse eam institutionem: non enim ipsum solum esse vsu vtroque, sed etiam vtrumque potrexisse omnibus præsentibus. Inde enim Marcus testatus est omnes bibisse. Omne Christi exemplum imitandum est vnicuique secundum vocationem suam. Atqui communicatio vniuersæ speciei est Christi exemplum: Ergo vnicuique imitandum secundum vocationem suam. Nimirum, vt qui ad Euchariistiam participandam vocetur, similiter vtramque speciem accipiat. Itaque Christus dixit, *Hoc facite*: hoc, inquam, quod me videtis facere.

III. Respondet Hæselius statim initio tractatus. *Recte dicit Iurisconsultus, Non exemplis sed legibus iudicandum. Ab exemplo enim sumpta argumentatio, fit per locum à simili, qui non tam ad aliquid de quo queritur docendum, fit statuendum, quam ad id, quod iam est statutum & firmum illustrandum à Dialecticis vtilis esse traditur. Facillimum est enim vt ea que in multis sunt similia, in re de qua d. disceptatur sint dissimilia. Idem Salmeronis est acumen tractatu 34. Recte docent Iurisconsulti, non exemplis, sed legibus iudicandum: & que ab exemplo ducuntur argumenta, per locum sunt à simili: qua non tam ad aliquid, de quo queritur docendum, vel statuendum, quam ad id quod iam est statutum & firmum, illustrandum à Dialecticis esse traduntur. Facile autem est, vt ea que in multis sunt similia, in re qua disceptatur sint dissimilia. Hæc est Salmeronis & Hæselii conspiratio: tanta vt etiam verba verbis respondeant. Vt vtrum iuribus? Alii desinunt: nobis perinde est.*

IV. At nos eramus persuasi non nihil privilegii deferendum Christo, id est, Deo; vt ne essent eius exempla promiscue inter exempla *ψυδων ανθρωπων*: qui quia sunt ipsi legibus obnoxii profecto non possunt pro lege esse ipsi. Hodie vero iam primum videmus Papistarum audaciam eo processisse siue fastidii siue fastidii; vt Christum ipsam cogat in ordinem reliquorum hominum; vt non minus habeamus diffidere eius exemplis, quam cuiuscunque è medio foro homunculi. Deum immortalem si quid nos esse talis conari? qui satis essent cachinni? Imo quæ detestationes! quæ anathemata! Non enim sunt in alienis peccatis tam patientes Papistæ, quam in suis cæci.

V. At nos cum semel audiuimus; i. ad Corinthios 4. *Precei vos imitatores mei estote: & vndecimo, Imitatores mei estote, fratres.* Prioris ad Timoth. 1. *Et vos imitatores nostri facti fuistis, & Domini.* Sic cogitabamus; vel Apostolorum non esse promiscue turbæ exempla, vt tam facile aut summorum numeri queat, aut pondus eludi. Et qui Apostolis non poteramus non tantum honoris deferre, ausi essemus obloqui Christo? Tum vero qui legebamur laudatos Thessalonicenses, quod imitatores facti essent Ecclesiarum in Iudæa, prioris secundo: & admonitos Hebræos, vt imitatores essent eorum qui per fidem & patientiam obtinuerant promissam hæreditatem: ad Hebræos 6. non facile sperabamus futurum quenquam, vel solo nomine Christianum, qui Christi exempla auderet *διδασκαλῶν*.

VI. Et vero indignitatem vide. Qui nunc tam superbe exemplum Christi decutiunt, hoc prætextu, quod non sit exemplis iudicandum, sed legibus: iidem ipsi in toto hoc Sacramento administrando, exemplis magis vtuntur quam legibus: imo ab exemplis leges condiderunt. Et quibus exemplis? Gorgonia, Satyrus, Eremitæ referunt species consecratas. Ergo panis consecratus referatur in pixide, & extra vsu esto Sacramentum.

Quidam

Quidam Sacerdotes sine animarum cura, missam celebrabant olim: ergo nulla esto legitima absque communione. Nunc denique priuatim apud se non pauci panem sumperunt absque calice; item agrotantes: & nonnullis locis tota Ecclesia: Ergo nusquam terrarum permittitur vtriusque speciei communio. O vos quicumque estis, quique futuri estis Christiani; attendite. Non habent, non possunt habere Christiani Eucharistiam, nisi ex institutione Christi. Instituit Christus in illis: mitro nunc iussit: certe Christus dedit vtramque speciem. Multis post eam institutionem seculis quaritur Constantia; quaritur Basilea, quaritur Tridenti; vtrum sit danda vtraque species. Boni Patres, Christiani scilicet Patres, inquirunt: quid? Institutionem? Leges? minime gentium. Exempla inquirunt aliquot aurores; pone etiam seculorum ante se: tum magnifice statunt: Et si Christus instituerit: et si Christus distribuerit vtramque speciem: tamen consuetudo, quae iam viget lex esto. O stuporem! o quid dicam! Nemine adfuisse, qui clamaret legibus iudicandum, non exemplis? Hodie cum iustitio reuocatur, cum exemplum Christi renouatur; impudenter clamant legibus iudicandum, non exemplis? Haec Christianitas! hic Catholicismus est? Scilicet ita olim erat, cum Cyprianus clamaret, *Non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum putauerit, sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit*; Epistola 63.

VII. Verum, exempla non sunt semper similia: Id est, inquam, quae assumuntur tanquam exempla, non sunt exempla. Fateor. Sed cur non ergo hoc potius agitur, quam thesaurus exagitur; ut haud alia sit vis exemplorum Christi, & cuiuscunque hominis? Honesti in speciem disputatio esset, nos in exemplorum defectu falli: cum illa non possit non esse impudens. Et tamen hanc dissimilitudinem nemo probare ausus. Tantum Gregorius de Valentia notauit, aliam fuisse Christo occasionem, aliam nobis. Ideo Christum Eucharistiam dedisse sub vtraque specie, quoniam vtriusque usum, tam ad Sacramentum quam ad sacrificium perficiendum institueret, ac doceret Apostolos: non ut imperaret omnibus fidelibus.

VIII. Quasi, inquam, contraria essent instituire Sacramentum, docere Apostolos, imperare omnibus fidelibus: & non subalternata potius. Negare certe non possumus; ideo vtramque speciem initio traditam, quia institueretur integrum Sacramentum; etiam si velis sacrificium. Nam & idem iussit aqua lauari homines, quia institueret Baptismum. At non fuit hoc imperium, quia institutio? Et si in Baptismo imperium non differt ab institutione, cur in Eucharistia? Denique si instituit voluit, non etiam obligare, vnde concluditur etiam nunc necessarium esse vtramque speciem ad perficiendum Sacramentum? Denique absurdum exemplorum differentiam accessere ab intentione agentis. Etenim non potest fieri ut eadem sit intentio instituendi, & imitandi; non tradendi, & accipiendi. Quare nulla institutio possit in exemplum trahi; quod est non absurdum duxit, sed etiam insanum.

IX. Negat alii omnia quae Christus fecerit, nobis imitanda; Michael, Becanus, Auratus, Alphonsus de Castro. Et dant exempla. Conciones ad populum, miraculorum narrationes, legis absolutissimam obseruationem. Et in hoc ipso Sacramento, quae antegressa sunt, aut sequuta, aut etiam coniuncta: vesperam, cenam communem, fractionem panis, viros, & hos duodecim. Hinc concludunt, hoc exemplum Christi non esse imitandum per omnia.

X. Nos vero concedimus, non omnia Christi facta imitanda promiscue. Neque vero nobis id in ore fuit argumentum: qui diligenter addidimus cuiusque vocationem. Itaque miraculorum narrationem facile remouemus: cum nulla sit ea vocatio fidelium, sed tantum peculiare quibusdam donum. Conciones ad populum, iis tantum imitandas proponimus, quibus incumbit publice docere. In hoc ipso Sacramento, consecrationem abfit, ut cuiuscunque permittamus, non vocato ad sacerdotium, si id sacerdotium est, quod alias disputabitur. Et hanc sane vtriusque speciei communionem si docuerint Papistae, alicuius esse peculiaris vocationis, non communionem omnibus fidelibus adultis; causam nullam dicturi sumus, quominus eadem paucis quibusdam permittatur; aliis omnibus seuerè interdicatur. Sed hic ne conantur quidem aduersari, cur nos moueant?

XI. Sunt alia quaedam actionis indiuiduae, quasi *modi*, cuiusmodi tempus vespertinum, cena communis, sexus praesentium, & numerus. Ne haec quidem imitationis esse, vltro concedimus. Est enim vniuersalis notio; ut se iungantur omni indiuiduae actionis circumsstantiae; ab iis quae legis sunt, ideoque generalia. Imitatus est Demosthenis Philippicas Cicero: sed non ut in Philippum ipsum tonaret, aut apud Athenienses: sed contra Antonium, & apud Romanos. Imitatus idem in Officiis Panerium, at non ut Graece scriberet. Paulus 2. prioris, Thessalonicenses laudat quod imitatores fuerint Ecclesiarum quae in Iudaea. Quomodo? Quia scilicet passi fuerint: Sed haec quae fuerunt; Eademne numero? Minime: Nam, *Eadem passi & vos à propriis contribulibus, sicut & ipsi à Iudaeis*. Diuersitas haec fuit, ut alii paterentur à Iudaeis, alii à suis contribulibus. Et tamen imitatores illorum isti.

XII. Omnino ad eandem rationem imitatores fuerunt Christi, qui fideles apud Corinthios, etiam si multi praeter duodecim: imo inter multos illos, nullus Apostolus. Imitatores iterum Christi etiam si domi manducarent, sic enim credo fecisse admonitos à Paulo: etiam si non sub vesperam. Scilicet haec fuerit actionis circumsstantia: Quod si similiter vtramque speciem aut illi doceant esse nudam circumsstantiam; aut nos non probemus fuisse institutionis partem, fatemur nihil fore nostram in disputando constantiam.

XIII. Salmero: Non solet, inquit, Christus proponere seipsum in exemplum imitationis in his, quae vel supra naturam sunt, ut miracula: vel media, & indifferentia; ut ceremoniae, quas moderandas Ecclesiae reliquit: sed in his tantum quae per se bona sunt, & sanctificare hominem possunt.

XIV. De iis quae supra naturam, nulla quaestio est; quia peculiaritatem fuerit officio Christi. De rebus modis, enuntiatio si sit vniuersalis est falsa: quia excipiuntur aliqua, in quibus sese Christus praebuit imitandum. Ne longe abeam, illud ipsum de ceremoniis explicandum. Nam ceremoniae quas moderandas Ecclesiae reliquit, dicitur ambiguae, vel *à seculis*, vel *à nobis*. Priori modo, ut sensus sit, varias esse ceremonias, alias quidem, quas moderandas reliquerit Ecclesiae: alias vero quas sancierit in perpetuum.

Altero autem, omnes ceremonias relictas esse Ecclesiae moderandas. Hunc esse falsissimum, vix puto admonendum. Non enim contradicunt Papistae, Sacramenta esse ceremonias, & fuisse in perpetuum sancta. Sicut prior sensus placet, concedimus in iis ceremoniis, quas Ecclesia moderandas susceperit suo consilio, non esse necessariam Christi imitationem. Sed ne negant vicissim Iesuitae in iis quas ipse Christus sancierit in perpetuum, contrarium esse verum. Et disputant in illis esse hanc communionem; non in istis: aut nos disputantes patiantur esse in istis, non in illis.

XV. Bellarminus: Exempla probant rem non esse illicitam iure diuino; at non esse praecipiam, vel necessariam.

XVI. Forte, inquam, si nihil sunt aliud, quam arbitrariae usurpationis: sed si usurpata praecunte lege; profecto maiorem vim habent, quam verisimilitudinis. Sic 1. ad Corinthios 10. *Hae, nimirum quae acciderunt Israelitis in deserto, typi nostri fuerunt, ut ne concupiscamus res malas, sicut illi concupuerunt*. Nempe debuerunt Israelitae non concupiscere res malas: Ergo & nos debemus similiter non concupiscere. Haec autem communio vtriusque speciei, quam disputamus, fundamentum habet institutionem, id est, legem. Itaque quomodo consequentia est necessaria, Christus consecrans accepit vtramque speciem: Ergo Sacerdos quicumque consecrat debet vtramque accipere: sic ista, Christus distribuens Sacramentum vtramque speciem communicauit: Ergo quicumque Sacerdos distribuit Eucharistiam, debet vtramque speciem communicare.

XVII. Postremum conatum attendamus. Michael exemplum hoc Christi relictum imitandum, sed Apostolis duodecim tantum, quos & plurimis lectos, cum potestate autoritateque ad concionandum, Sacramentaque administranda, ut ipsum Pater, amandauit. Et aliquanto post, Christi hoc de vtriusque speciebus exemplum praecipuumque ad nullos quidem alios pertinere, quam quibus consecrandi, & offerendi officium incumbit. Salmero tractatu tricesimo quarto. Quod si hoc Christi exemplum volumus aliquo modo vim habere obligandi; hoc tantum ad Sacerdotes, quales erant Apostoli, quando praesumpserunt sanguinem, spectare admittimus.

XVIII. Acclamemus bonum factum. Christo sunt tandem propitius Iesuitae. Spem faciunt concessuros tandem aliquam vim inesse huic exemplo. Sed non deposita tamen suae personae grauitate. Si volumus, inquit Salmero. Nimirum caueat Christus ne equi donati dentes inspectet. Nam hoc ipsum quicquid erit regulae, quod concessum erunt, gratis erit. Si velut dabunt: sibi nolint, & bitem eis commouerit importunitas, iubeunt in angulum secedere, ut sibi canat & musis. Quid enim prodesset, quod se soli in cauetis Christianis professi sint societatem Iesu? O digni meliore tempore: illo scilicet cum suos cultores timere cogebantur diu!

XIX. Solis Apostolis fuit imitandum. Is primus impetus. Et certe sic opus dicere, qui tam scrupulose nosterant duodecim: & neminem ceterorum: id est, ex maiori numero admissum. Sed ineptum commentum. Quia si solis his duodecim fuisset imitandum: ergo non esset instituta commemoratio ad postremum usque Domini aduentum. Nec essent Sacramenta ceremoniae perpetuae, quod tamen communia consensu positum initio harum disputationum de Sacramentis. Neque enim Apostoli tandiu erant victuri.

XX. Itaque *domineque quod videtur* praeter Apostolos, dant Sacerdotes consecrantes: quorum, aiunt, illi personam gerebant. Dicamus ergo propitius Iesuitis, omnes eos teneri imitando huic exemplo, quorum personam Apostoli gesserunt. Nam nobis quidem volentibus id fiet. Et disputemus quoniam si sint quorum illi personam gesserint. Gesserunt, aiunt, consecrantium Sacerdotum. Nos vero negamus: Nam profecto Christus hanc gessit: Apostoli autem communicantium. Ut in Iordane Christus non gessit personam baptizantis, sed baptizati: quare? Quia non baptizauit ipse, sed baptizatus est: Apostoli post resurrectionem non gesserunt personam ordinantium, sed ordinantium, cum audierunt, *Accipite Spiritum Sanctum, & cetera*. Etenim vero in Eucharistia cum sit personarum discrimen, aliarum consecrantium, aliarum communicantium: certe ut absurdum consecrantium non consecrantes, ita non communicantium communicantes gerere personam. At si Apostoli tunc temporis nec consecrarunt, & communicarunt. Quid ergo superest? Me tacente onians audiunt. Exceptis Papistis, qui etiam audientes, non audiunt.

C A P. VII.

De exemplo Apostolorum.

I. Exemplum Christi magistri sequuti sunt Apostoli discipuli: Magnificum ipsi praebentes posteris exemplum, quomodo cum alias, tum in hoc Sacramento debeant imitari Christum. Non obstant autem, credo, vel infensissimi Papistae, quominus ex vno Paulo, discamus omnes Apostolos. Nam 1. ad Corinthios 15. *Et ego & illi ita praedicamus*. Vbi Iansenius, *Ostendit vnum esse, atque idem omnium Apostolorum Evangelium, eandemque omnium doctrinam*.

II. Quid autem Apostolus Paulus obseruauerit in solennitate Eucharistiae aeternum testimonium est Epistola ad Corinthios prioris: vbi perpetua resonat vtriusque speciei communio. Et primo protestatur, quicquid ab Apostolica fide poterat expectari; *Ego accepi à Domino; quod & tradidi vobis*: hanc ipsam aggrediens Eucharistiae narrationem. Vbi Caluinus, *Perinde est ac si diceret; Non tradidi vobis in meum commentum. Non exogitaueram nouam cenam meo arbitrio: sed habeo Christum autorem, à quo accepi, quod vobis tradidi per manus*. Arctius, *A suo exemplo urget Corinthios Apostolus; Ego non aliter adidi vobis negotium Cenae, quam acceperim. Igitur ad hanc institutionem vobis erat religiose celebranda*.

III. Atqui tota descriptio institutionis praefert vtriusque speciei communicationem, non conficiens tantum, (quanquam hanc usquam exprimat) sed praecipue totius populi, *Quotiescunque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiabitis usquequo venerit*. Itaque quisquis ederit panem hunc, aut biberit hoc poculum indigne, reus tenebitur corporis & sanguinis Domini. Probat autem quisque seipsum, & ita de pane illo edat, &

dat, &...
 IV...
 V...
 VI...
 VII...
 VIII...
 IX...
 X...
 XI...
 XII...
 XIII...
 XIV...
 XV...
 XVI...
 XVII...
 XVIII...
 XIX...
 XX...

derant. Et de poculo illo bibat. Nam qui edit, & bibit indigne, damnationem sibi ipse edit, & bibit, non discernens corpus Domini. Cap. 10. Num potestis poculum Domini bibere. & poculum Demoniorum.

IV. Hæc adeo clara sunt, vt ne aduersarios quidem patiantur aduersari. Corinthiis igitur vtramque traditam speciem non ausus negare Salmeron tractat. 34. alii magis ingerui, aperte sunt confessi. Beccanus, *Fateor vtramque speciem à Christo institutam esse: fateor vtramque ab Apostolo traditam.* Colterus, *Fatemur id verum esse: nempe Paulum à Christo etiam calicem accepisse, quem Christianis Corinthiis tradidit, Sanctesius ait, non dubitasse Paulum sub vtraque specie Corinthiis Eucharistiam præbere.* Petrus Auratus, *Aliter Hierosolymis, aliter in Ecclesia Corinthiorum se habet communio: hi sub vtraque specie, illi sub vna tantum.* Toletus in 6. Ioannis: *Prima assertio, Antiqua consuetudo temporibus Apostolorum fuit in Ecclesia sub vtraque specie communicandi. In hac assertione nulla est controversia.*

V. His ita constantibus, manifesta est conclusionis forma. Quod instituit Christus in Eucharistia celebratione perpetuum, id scelerate prohibetur. At Christus sic instituit communionem vtriusque speciei etiam inter laicos: Ergo hæc scelerate fuit prohibita. Maior extra aleam, & prius disputata. Minor continet duo capita: vnum institutam esse à Christo communionem vtriusque speciei inter laicos. Hoc probatur. Nam quod circa Eucharistiam Paulus tradidit Corinthiis, id ipsum Christus instituit. At ille tradidit communionem laicorum sub vtraque specie: Ergo hæc Christus instituit. Alterum caput, hoc genus communionis institutum esse perpetuum, probatur ex his verbis, *Quotiescumque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis in rem Domini annuntiabitis: usquequo venerit.* Nam Thomas, *In quo datur intelligi, quod hic ritus Ecclesia non cessabit usque ad finem mundi.* Lombardus, *Donec Dominus veniat ad iudicium: quia hoc non mutabitur usque tunc.*

VI. Vt in præcedentibus, ita hic varie conantur esse lubrici. Primum omnium negant vllum esse Pauli præceptum: sed tantam traditionem. Bellarminus. Illa verba, *Ego tradidi vobis*, in nullo autore significatur vquam, *Ego præcepi*, seu imperavi: & deinde, quam esset pulchra illa conexio, *Ego mandavi vobis*, quoniam Dominus in qua nocte tradebatur. Et illud 15. cap. *Tradidi vobis, quoniam Christus mortuus est*: quam pulchre præcepit vobis, quod Christus mortuus est? Beccanus, *Apostoli multa tradiderunt primis Christi aulis, quæ tamen præcepta nobis non sunt: vt, Inuicem expectate: si quis esurit domum manducet.* Andradius, *Hæc verba nullum præceptum continent, sed nudam historiam narrant: itaque nullam maiorem vim habere possunt, quam Euangelistarum historia. Nam tradendi vocabulum, non præcipere, sed docere significat: vt apud Lucam, cum ait, Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt.* Vasques Bellarminum sequutus est.

VII. Nullum præceptum esse, falsum effatum est. Nam institutio Eucharistia est præceptum, prout est disputatum cap. 2. huius libri. Ast in his verbis Pauli continetur ea institutio: Ergo continetur etiam præceptum. Et Eckius homilia 36. negat quenquam inficiari posse, Paulum præcepisse Corinthiis vtriusque speciei usum; idque Cyprianum atque Hieronymum testari.

VIII. At tradere, inquit, non significat præcipere, siue imperare. Non intelligo, inquam, quid dicatis, nisi plenus. Quid ergo nunquamne, an non semper? Instandum enim: vt quorum tam estis avari, ea verba prece vel precio; sponte vel vi obtineamus. Enimvero si nunquam, quo vobis mentes: Aut quid dicitis, *Traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, inquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu Sancto dicatas, & continuè successiue in Ecclesia Catholica conseruatæ, pari pietatis affectu, ac reuerentia, suscipiendas ac venerandas* (Concilii Tridentini verba ea sunt, sessione quarta) potestis negare vquam traditionem esse præcepta? Qui dicitis, *Vniuersalis Ecclesia traditiones: (verba relogo Alphonsi de Castro contra hæreses libri 1. cap. 5.) aut definitiones in his que ad fidem spectant, etiam si aperta Scriptura in earum comprobationem desit, non minus sunt autoritates, quam ipsa sacra Scriptura: potestis ferre quenquam negantem vllam traditionem esse præceptum? Vos denique, qui in hoc: in hoc, inquam, negotio, Consuetudo ab Ecclesia, & sanctus Patribus rationabiliter introducta, & diuinitus obseruata, habenda est pro lege* (verba sunt Concilii Constantiensis.) Vos qui hæc enunciatis, iidem potestis negare illam traditionem esse præceptum?

IX. Sin autem humaniores paulo, docetis saltem non semper traditionem esse præceptum, quid ad nos? dum hoc saltem loco? Itaque aut vos disputare, hoc loco nullum esse præceptum: aut ne hac exceptione vtimini. At nos esse præceptum facile probamus. Nam Iustinus, quod alias notauimus, absque dissimulatione, aut tergiversatione Apostoli *etiam non dixerit, Sicut tradiderunt (en traditionem) præcepisse (en præceptum) sibi Iesum.*

X. Sed nudam historiam narrat. Hoc illud est, nempe, quod olim Ioannes de Ragusio, *Paulus loquitur pure & sincere, narratiue, referendo, qualiter Christus in cena hoc Sacramentum consecras.* Subtilissime. Nam sol cet nulla esse potest vllus præcepti narratio pura & sincera. Et quia Exodi 20. Decalogum propositurus Moses, præfatus est in hunc modum, *Loquitur Deus est omnia verba ista: ideo nulla illa præceptorum vim habent.* Imo ne procul abeamus, tota Cœnæ institutio vox est, præterea nihil, vt ille olim luse in Lusciniam. Mira Papistarum pietas! quæ si exardeat, nihil sit propinquius, quam vt communicatio & consecratio, & si quid est præterea huius institutionis extremas in terras iubeatur deportari. Et credo eum finem iam; vel etiam spem præueniri à Vasque, cuius paulo post recitabantur verba. Sed Gregorius de Valentia, *Concedimus Apostolum ibi non nudè tantum narrare historiam institutionis, sed etiam ad ipsam Ecclesiam accommodare præcepta Domini, quæ val in illa institutione continentur, vel ex ea deducuntur.*

XI. Egregius vero exemplorum defectus, vt probent tradere, non esse præcipere; ex Luca, *sicut tradiderunt nobis, qui ab initio viderunt.* Ergo tradere non est imperare. Imo, inquam, ergo tradere est imperare. Nam hæc traditio testium oculatorum, cur non dicatur præceptum? Nisi forte nulla sint præcepta intellectus, sed tantum voluntatis. Ego certe scio, quæcunque

descripta sunt in Euangelii, leges esse fidei. Alioquin nullum esset peccatum non credentium: quod in Christianitate absurdum.

XII. Apostoli multa tradiderunt Veteribus, quæ nobis præcepta non sunt. Ita sane. Sed nunquamne fuerunt præcepta? Certe: illis saltem, quibus erant tradita. Actorum 16. *Tradebant eis seruanda instituta qua decreta fuerant ab Apostolis, & Presbyteris.* Vbi vides & traditionem & decreta; atque ea quidem seruanda. Quæ quantum absunt, quæso à præceptis? Sed ea tamen, quæ non peruenerunt ad nos, tanquam præcepta, nempe de suffocato & sanguine. Quare certum, esse etiam præcepta, ea quæ tradita ab Apostolis non in perpetuum. Non igitur vocis vsus hoc argumento confutatur: sed tantum euincitur, non omnes traditiones fuisse perpetua præcepta. Hoc autem quid nunc ad nos; qui scimus non esse eius ordinis institutionem Cœnæ? Nam monuit hanc Paulus vim habituram vsquequo Dominus veniat.

XIII. Richomus: Nos is erat hoc loco scopus Apostoli, vt probaret communicandum vtrique speciei: id enim non erat in quaestione: sed vt doceret eundem ad hæc mensam cum reuerentia, & conscientia examine; siue fumendum esset corpus sub altera, siue sub altera specie.

XIV. Intentionem appellari credo finem disputationis totius. Nam alioqui intentio potest latius patere: vt non tantum finem, sed etiam media comprehendat. Sic vere Paulo scopus ille fuit propositus, vt irreuerentiam & temeritatem corrigeret Corinthiorum: sed vt hunc scopum attingeret, intentio eius fuit institutionem ipsam recitare integram; quomodo erat à Domino mandata. Calvinus, *Hactenus vitium ostendit: nunc docere incipit, qui vult corrigendi modus. Institutio enim Christi certa est regula, à qua si desectas, iam rectum non tenes: Ergo cum ab hac regula aberrasset Corinthiis, illuc eas reuocat.* Concedimus ergo non esse hunc totius disputationis scopum, nempe, vt de eo disputaret, quod non quærebatur: sed dicimus, hanc esse Pauli intentionem vt ad eum finem recitaret præceptum Domini. Et hoc satis esse, vt sit verum præceptum.

XV. Hestius. Non proprie Apostolus mandat edere simul & bibere: sed modum præscribit, sine quo nec esum corporis, nec potum sanguinis permittit; hoc est, vt homo ante communionem examinet cor suum.

XVI. Non proprie mandat. Quid hoc est? Neque enim hactenus auditum non posse simul proprie, id est, vere mandari, & rem & usum rei: siue etiam, usum, & usum modum. Manifestum est ex institutione Paschalis: vbi eodem præcepto imperatur edere agnus, & edere cum pane azymo, cum herbis agrestibus, & accincto corpore; qui vere modus est: nec tamen hic modus magis præcipiebatur, quam ipse esus agni. Vterque ergo proprie. Cur non hic? Quamquam si proprie, id est, præcipue, & tanquam hoc proposito disputationis finis; nihil est quod aut impugnem, aut soluam diutius, quod iam tractatum.

XVII. Hactenus negabant præceptum esse. Nunc aliter. Salmeron esse vniuersale, negat. Eo admissio, inquit, quod Corinthiis sub vtraque specie communicarent, negamus tamen eorum morem alios obligare: quia hæc res cum ad ritum & ceremonias spectet, & variæ Ecclesiæ varios & peculiare ritus habere possint; certe vna alteram suo exemplo non potest obligare.

XVIII. Recte. Si fuit mos aliquis peculiaris Ecclesiæ Corinthiæ; non habemus quod mutemus. Non magis illa potuit aliis præiudicare, quam illi alia; neque nos decet ab ea legem petere potius quam ab Hierosolymitana, siue alia quacunque. Itaque bono animo sunt Papistæ: si nisi hoc leto confici nequeant; à nobis sane sunt immortales. Sed quis tandem pudor est? Vident, cunctas Ecclesias, quam late patuit olim Christianitas, vtramque speciem communicasse: & hunc ritum clamant esse peculiarem Corinthiis? Hoc taceo paulo post demonstrandum. Vident Apostolum Corinthiis tradidisse: & quidem acceptum à Christo: & audent pronuntiare proprium Corinthiorum fuisse morem? Habent ipsam institutionis formulam; & negant institutionem esse: dicunt non nisi morem esse: & vnius Ecclesiæ morem? Quid amplius? Deum immortalem! quodnam hoc genus est, mentis reprobæ? Communionem diminutam, ne ipsi quidem negant reprobam à consuetudine moris inducti post institutionem? (Hosius deducit ab his prouinciis in quas vinum haud facile importatur) & hunc morem volunt, iubent haberi pro lege: Hic vident Apostolum edicentem: nec à se; sed à Christo: & restitant! Et negant legem esse!

XIX. Verum, quid hæc turba molesta est? quid variis subtilitatibus importuna? Palmam cedite Vasqui, vos quicumque scilicet vestra fatigatis ingeniola. Vno verbo ille rem tantam facile conficiet. Arrigite aures; & excipite oraculum ex tripode, *Eccet concederemus* (nam describenda sunt verba *in-Phonæ*) hoc fuisse Apostolicum præceptum, nihilominus Ecclesia, & summus Pontifex potuerunt illud iuris de causis abrogare: neque enim maior fuit potestas Apostolorum, quam Ecclesiæ & Pontificis in ferendis præceptis.

XX. Euge, euge! Nihil est in secundis, tertiusve subsistens audacia. Summa petere oportet; si volet sibi concedi ab omnibus: *Patru perdespuit ipsam uxorem, & patrum reddidit Harpocratem. Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum, si vis esse aliquid.* Latrones quid erunt in syluis, si foliorum pauente motum? Qui d'erunt pyratæ in mari, nisi vel tempestant flocci faciant? Quid tantum scelus Cæsar perfecisset, si vel in somnis horruisset matris, *uique vultu ad ipse vultu?* Profecto non potest Papista, vir scilicet Catholicissimus, potentius omnibus hæreticis, quales nos sumus hæretici, os obtinere, atque efficere, vt demissis auribus recedamus; quam spreto Christo conculcatis Apostolis: Scripturis de ponte deiectis.

XXI. Et tamen Thomas, *Quodlibeti 4. artic. 13. In solis his, qua sunt de lege natura, & in articulis fidei, & Sacramentis nouæ legis dispensare non potest Papa.* Estne hoc de communionem in Sacramentis nouæ legis? an non est? Vin explicatius? Laelius Zecchius de Republica Ecclesiastica cap. 2. segmento 9. *Circa epistolam Pauli & dicta Apostoli, notandum, quod Apostolus in sua doctrina aliqua posuit promulgans in diuinum, vt veterans Circumcisionem, & huiusmodi: Et in hoc Papa non potest dispensare; quia sibi à Christo sunt immediatè reuelatum. Quadam vero sicut propria fiat. Et in his Papa potest dispensare. Atqui hoc quicquid est de Eucharistia Paulus testatur esse sibi fuisse à Christo immediate reuelatum. Quid inde sit, nisi vt non possit in ea communione dispensare Homo peccati, vel suorum adulatorum testimonio? Et sit audacissimos*

facillimus bipedum Vasques; qui non dispensare, sed abrogare posse dixerit? Certe illud de probatione sui ipsius ante communionem, præceptum Apostoli vocavit autor libelli de salutaribus documentis qui tribuitur Augustino, cap. 33. Expectamusne ab audacia Iesuitica, minus, quam ut liceat Ecclesie, liceat Pontifici, hanc ipsam probationem relaxare; & omnes promiscue ad communionem admittere? Est sane quod sibi non nihil sperent porci, ac canes; nisi Vasques retrahat. At nos, contra hanc sceleratam audaciam ratum habemus illud Bielis in Canonem, lect. 35. Sacramentum irrisum, reputatur, si contra institutionem celebretur.

XXII. Vna superest strophæ Michaelis, Salmeronis, Gregorii de Valentia, interpretantium hanc utriusque speciei communionem distinctivæ, vel panis vel vini. Ipse suam abunde interpretatus est mentem Paulus, ait Michael, particulam hanc copulativam non sic usurpando, tanquam specierum vna sine altera fructuose percipi non valerent; sed pro distinctiva illam collocando, se licet, aut, similiue, quod tum in Scriptura & familiariter sermone non infrequens, tum neque Labeoni aut Paulo iuriconsulto ignotum fuit; nimirum quando coniuncta re ipsa vnum sunt, aut si ex re ipsa & argumento, de quo agitur, aliud iudicari æquum est. Quomodo Apocalypsis. Beatus qui legit, & audit verba prophetie huius: ubi contra controuersiam vocula, &, loco, siue, aut eandem vim habentis, posita est; cum nihil necesse sit, quæque illud legere. Quod quidem hic etiam locum habere rursus ipsemet Paulus testis est locuples, qui in eo quo Epistola hæc conscripta est idiomate, Græce in hunc modum loquitur, Qui enim manducat, & bibit, aut bibit indigne.

XXIII. Vide quam fiat ἀπελάζει Sophistæ aduersus verbum Dei! vt nihil sit tam exile, tam tenuè, tam exiguum; vnde se desperent vim faturos aduersus præcepta diuina, traditiones Apostolicas Archimedes sunt noui: nec desperant infirmitas se moles moturos paruis machinamentis. Vide. In eadem illa institutionis narratione, Officium vsus est illa copulatiua particula Paulus: semel tantum ista distinctiua. Et æquum putauerunt noui Sophistæ, vno isto exemplo præiudicium fieri aduersum omnia alia. Et in hoc tamen ipso tam parum momenti inesse existimatum est, vt hætenus, quicunque in iis verbis explicandis laborauerunt, nihil annotarunt, præter vnum, aut alterum, aut certe tertium, eumque recentissimum Papistam. Quis potius non tantum Syrus interpres vertit per copulatiuam: sed etiam pleraque exemplaria vulgaris editionis, ante Sixtinam haud habent aliter. Sic legit Anselmus; sic Thomas; sic Lyranus; Haymo; & ille quisquis est Hieronymi nomine. Gentianus Heruetus in editione Theodoretii, Caietanus, Guillaudus, Fulbertus Carnotensis epistola 1. Algerus de Sacramentis libri 1. cap. 21. Hæc scilicet victoria est: Is triumphus Capitolio dignus; an Leonina potius?

XXIV. Nec negauerim ego quidem, copulatiuam interdum, & distinctiuam promiscue usurpari: quamuis nullum exemplum aduersarii proferant necessarium. Nam illud Apocalypsis facile est interpretatio Bezae. Sed vt hoc mittamus: tamen dico distinctiuam particulam non disparatè partes à toto; sed alias ab aliis. Exempla. Prior ad Corinthios 13. Sine prophetia, euacuabuntur: sine lingua, cessabunt; sine scientia, destruentur. Non significauit Paulus, aut hoc, aut illud futurum; sed omnia simul. Itaque Beza, Et prophetia vero abolebuntur: & lingua cessabunt; & cognitio abolebitur. Ad Ephesios 6. Vt sciamus singulos, quisquid fecerint boni, hoc reportantur à Domino, siue seruus fuerit, siue liber. Nemo hic imaginatus est, aliter utrosque tantum, vel seruos, vel liberos; sed utrosque reportatos quod gesserint. Matthæi sexto, Ne estote solliciti, dicentes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quo amictiumur? Non vnum prohibetur ex iis, sed omnia æque. Decimo, Ne estote solliciti quo modo, aut quid loquamini. Actor. 11. Nihil commune, aut immundum unquam introiit in os meum. Possim infirmita cumulare similia. Vnde fit, vt interdum Latinus interpres copulatiuas exprimat distinctiuas. Matthæi 17. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἡμεῖς ἐκείνοις, καὶ τὸ ὄνομα, De die autem illa vel hora nemo scit. Ioannis 3. Sed nescitis, quid diei, καὶ πῶς ἔσται, unde veniat, aut quo vadat: in editione Sixtina, Actor. 7. Μη σφάλλετε, καὶ ἑαυτοὺς, Nunquid vicimas aut hostias obtulistis: sic enim apud Lyranum: Et 25. εἰ ἴδω ἀδικεῖν, καὶ ἄξιον ἵνα δέξω πίνωσι; Si noui, aut dignum morte aliquid feci. Et alias sæpe: vt merito possim dicere distinctiuas sumi pro copulatiuis: & fortasse sæpius, quam copulatiuas pro distinctiuis.

XXV. Res est ergo facilis. Manifestum est duas esse disparatas Sacramenti partes; vnam in pane edendo, alteram in vino bibendo. Itaque potuit Paulus dicere, aut bibere, aut edere; quia nec alterum in altero; nec verumque simul fiat. At non propterea non integrare Sacramentum: vnde frequentior copulatiua fuit: cuius vi nos confisi, Papistæ impugnamus; pro arbitrio mutilantes, quod non composuerant; & separantes quæ non coniunxerant. Tum autem, quid hoc ad rem? Nobis enim argumentum nullum est à copulatiua: sed à tota narratione; tam perspicue à nostris partibus, vt ne aduersarii quidem negare queant, vtramque speciem esse quibusvis Corinthiis à Paulo traditam; nec semel, sed in ordinatum vsu.

XXVI. Ioannes de Ragusio; dicendum, inquit, quod Paulus loquitur de Communione Sacramentali. Nec explicat plenius. Hoc quid sit, diuinet Oedipus: Ego quidem non capio. Neque video qui possit esse communio corporis aut sanguinis in Cæna per panem & vinum, non Sacramentalis. Et ad spirituales, neque nos, neque Papistæ contendimus; aut vinum, aut etiam panem esse necessarium. Itaque sufficit nobis, si sincere agentes concedant nobis, ad Sacramentalem communionem tam requiritur calicem, quam panem.

CAP. IX.

Vtramque speciem fuisse communicatam olim in Ecclesia perpetuus multus se ulis.

I. Exsequuti sumus quæ habuimus ex Scripturis testimonia facti, quantum attingit ad vsu vtriusque speciei. Itaque transeundum ad ea quæ habentur ex Patribus.

II. Dico igitur constare in Ecclesia Christiana perseverasse communionem vtriusque speciei promiscue plebi, æque ac sacerdotibus; adusque

seculis decem, aut duodecim: atque adeo antiquissimum omnium, qui meminere diminuatæ communionis in publico vsu vllius Ecclesie, Thomam esse illum Aquinatem, qui vixit inclinante iam seculo decimo tertio. Vnde factum vt cum multus sit in hac controuersia labor aduersariorum, tamen omnes cogantur emendicare hinc inde priuata exempla; aut certe non ordinaria; in quibus, præterquam quod omnibus, nullum in sit momentum; tamen aut singula; aut certe plurima controuersa sunt: quod in eorum disquisitione proximo libro imua ostentum. At nobis in finitus numerus est; nec ambigendum, aut obscurorum; sed desit ssumorum, & publicæ atque ordinariæ consuetudinis: vt confidenter dicamus, aut Christianitatem nullam fuisse; aut hanc fuisse communionem; quam prohibuerunt tam seuerè tria illa Concilia Papistæ ea.

III. Possent Papistarum testimoniis negotium conficere. Non enim potuerit adeo frontem perficere, vt negaret ordinariam fuisse consuetudinem, quam nos restitutam volumus. Ioannes Arboreus Theosophus 8. lib. c. 11. Olim laici communicabant sub vtraque specie, quod tamen antiquatum est. Alphonsus de Castro in hac ipsa Controuersia, Vt credamus non esse contra Evangelicam institutionem Eucharistiam sub vtraque specie aliter, etiam laicis porrigere, quod firmissime fatemur. Nam olim per multa secula sic apud omnes Catholicos vsitatum esse ex multorum Sanctorum scripturis didicimus. Salmeron Ecclesia à populo toto sumebatur quem admodum nunc à solo Sacerdotibus, atque illis quidem celebrantibus bibitur semper. Lotichius, Quod Sanctorum Patrum sententias astringit, in quibus mentionem faciunt communionis sub vtraque specie, respondendum est, eos loqui de more, qui tunc temporis apud eos seruabatur in communionem sacre communionis. Soto artic. 12. quæst. 1. in dist. 4. 12. quarti, Fuit antiquissimos Græcorum. Et post, Quæ quidem consuetudo in Ecclesia nonnullis durauit seculis. Iterum, Igitur non modo inter hæreticos, verum & inter Catholicos, ritus ille nullo tempore inualuit, adeo vt temporibus S. Thomæ non iam fuerit abolitus. Eckius Enchiridii cap. 10. Fatemur hunc vsu fuisse in primitiua Ecclesia. Suarez disp. 71. sect. 1. solub. Christ. atque populus frequenter sub vtraque specie communicare. Carthusianus in 6. Ioanni, In primitiua tamen Ecclesia, si dnum ordinatum est aliter. Possum longe plura huiusmodi testimonia congerere: sed desino in Lyrano & Thoma. Ille in 11. prioris ad Corinthios, Fuit hic mentio de duplici specie, inquit; Nam in primitiua Ecclesia sic dabatur fidelibus. Idem in 6. Ioanni, Licet in primitiua Ecclesia populus sub vtraque specie communicaret, tamen postea prouide ordinatum est vt non communice sub specie vini. Thomas in hunc ipsam locum, Secunda autem aequalia Ecclesie consuetudinem omnes sicut communicabant corpori ita communicabant & sanguini.

IV. Poterant sane istis esse contentus. Quæ potest enim esse probatio poterior, quam ex aduersariis confessione? sed enim illi, quod dant, inuide dant, nec nisi vt spem retineant feucandi, aut infirmandi. Itaque inuat diligentius explicare, vnde coacti sint dare hoc ipsum; quod inuide dederunt: & vt omnes intelligant, quam late patet illa, quam nominant primitiuam Ecclesiam. Nam Eckius certe hominibus 33. Non negamus inquit, in quibusdam particularibus Ecclesiis in principio, atque deinde aliquando post Sacramentum hoc etiam laicis in vtraque specie esse concessum. Viden malignitatem? Audin, quo sensu Ecclesiam primitiuam concesserit? Nempe, vt sperent se persuasuros, vnam, alteram, fortasse tertiam: longe tamen ab omnibus.

V. Quare enumerabo quam potero diligentissime vetera huius rei testimonia, distributa secundum ordinem seculorum, vt series historia fiat manifesta. Tum in singulis seculis præmittam publica Liturgiarum, & Canonum: deinde priuata. Nec disparabo curiose suspecta à liquidis: nam etiam inter hæreticos haud parum; tamen quia perinde sunt omnia apud aduersarios; ne nos quidem conuenit esse illis curiosiores. Qui si indigne ferant, iis se premi; quorum iudicio recusemus ipsi, aut stare, aut cadere, habituri sunt nos; non tantum non oblatos aduersarios, sed ne quidem iniquos iudices. Nam si vel verbo suspectos sibi testes esse professi fuerint; vt ne vquam aduersum nos vigeant; non erimus in obiciendis molesti: & illuc facile nos concludi patiemur, vnde nobis longe breuior, certiorque spes victoriae. Sed enim quandiu sibi volent illorum fontes parere, non patiemur ipsi nobis eorumdem riuulos esse clausos.

VI. In primo seculo; aut paucos habemus certos testes, aut nullos: Sed habemus tamen; quos aduersarii nihilo incertiores adorent ipsi Apostolis: Liturgia Petri, Iacobi, Marci, Clementis; Andream Apostolum, Dionysium Arcopagitam; Ignatium, omnes à nobis. In Petri Liturgia communionem habes descriptam hoc modo; εἶπε λέγειν καὶ ποιεῖν. Ο ἀγιος ἦν ὁ ἀπὸ τοῦ πλὸς ἀμαρτανῶν ἡμεῖς, ἐλέησον ἡμᾶς; καὶ πῶς τὸ πᾶντες μετὰ λαβῆν, ὁ ἱερεὺς ἤρμαιν λέγει, Deinde legit communionem (versio est Lindani) orationem qua ad sacramentum Eucharistia participationem populum preparat. Agnus Dei: qui tollis peccata mundi miserere nobis. Postquam omnes communionem acceperint, thymiamata spargit; dicens, exaltate super caelos Deus; & super omnem terram gloria tua, & post thymiamata sparsum, clara voce: Benedicite semper Deum, nunc & semper; & in omnia secula. Populus impleatur vsu nostrum. Dionysius, Ορθοί οι μετὰ δὲ ἑσπέρης τὸ θεῖον, ἀρχαίων, ἐπισκοπῶν, ἐπιστοπῶν, φρακτῶν, μυστηρίων, ἀξίως ἵπν πᾶσιν ἐξαρτισθησὶν τῷ κυρίῳ, Erit illi, qui diuorum, immaculatos, cælestium, viuificantium reuerentiorum mysteriorum sumimus participes, digne in omnibus agamus gratias Domino. Ea tibi iam participes mysteriorum, non vnus; & vtrum est in vniuersa antiquitate Ecclesie, diuina mysteria plurali numero semper appellari, vtramque speciem. Paulo post, Ο ἱερεὺς λέγει ἐν κυρίῳ ἐπιδοτεν; Εὐλογῆτες ὁ θεός, δι' ἃ τὸ ἀρχαίον αὐτῷ σῶμα; καὶ τὸ πᾶν αὐτῷ ἀμαρτανῶν καὶ τῆς ἡμετέρας ἁμαρτανῶν ἁγίασθαι ἡμᾶς. Sacerdos retro (an potius postrema) præcatur. Benedicite Deum, per quem immaculatum corpus, & sanguinem ipsius participare dignati sumus: barbæ, pro digni habitum sumus.

VII. In Iacobi, Vt adueniens Spiritus sanctus sua, & bona, & gloriōsa sua presentia sanctificet, & faciat hunc quidem panem, corpus sanctum Christi: tui: & poculum istud, sanguinem preciosum Christi tui: in a γρονθῶν πᾶσι τῶν ἐξ αὐτοῦ μετὰ λαβῆν εἰς ἀφᾶσιν ἀμαρτανῶν, vt sicut omnibus inde participantibus in remissionem peccatorum. Et multis interpositis, εἶπε μετὰ δὲ τοῦ κυρίου ὁ πῶς ἵπν ἁρτων οἱ ἀρχαίον τῶν δικῶν, καὶ τῶν κακαῶν εἰς τὸ μετὰ δὲ τοῦ κυρίου. Tunc distribuit Clero. Cum autem tollunt Diaconi discos & crateras, & distribuunt populo. Et paucis insertis, λέγουσιν οἱ ἀρχαίον καὶ ὁ λαὸς εὐχαριστοῦσιν αὐτῷ ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πᾶν ἡμῶν.

Christi, & nullam habere neque maculam, neque rugam, aut aliud quippiam generis eiusdem, sed esse sanctum & immaculatum, &c.

XXI. Nazianzenus Basilii inimus, oratione 42. av epixatwras d' av... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXII. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi mystagoga 4. ad eos qui recens baptizati... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXIII. Chrysostomus homilia 18. in post. ad Corinthios... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXIV. Novergatus La i i; iustus Episcopus Romanus apud Gratianum... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXV. Ambrosius in 1. ad Corinth. II. Quia morte Domini liberati sumus... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

est, quia beneficii divini sanguis testis est. In cuius typum no: calicem mysticum sanguinis ad tuitionem e rporis & anima nostra s mittitur. Iterum, Denoto animo...

XXVI. Hieronymus in 2. Sophoniae, Sacerdotes quoque, qui Euchari- stia serviant...

XXVII. In quinto seculo; habemus primum ex actione 10. Concilii Chalcedonensis libellum Samuelis...

XXVIII. Theodoretus Accepti cap. 11. Mia nusi m d h n... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXIX. Augustinus apud Gratianum dist. 2. de Consecratione... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXX. De Verbis Domini serm. 46. Qui iam manducant carnem Domini... dicitur de corpore Christi edo, sanguinem bibo...

XXXI. Emiseno non dubitem falsi adscriptas homilias, siue illas quas Bellarmus adscribit Casatio Arelatensi...

Et cum eadem filia postmodum concubuerit, coniugium modum omnibus dissoluatur, & vir ille poenitentia subiaceat sanctionibus, ita ut per triennium tempus a corpore Domini nostri Iesu Christi suspendatur & sanguine.

XLII. In decimo seculo, quod Bellarminus in Scriptoribus Ecclesiasticis, capite de Leone sapiente, vocat valde obscurum, nihil mihi quidem occurrit. Nisi illud fo. tasse placeat Stephani Eduensis de Sacramento altaris cap. 14. Quotidia nobis hac dona praestantur, quando corpus & sanguis in altari sumitur.

XLIII. Seculum vndecimum habuit famosam controverfiam de Transubstantiatione cum Berengario: sed idem nobis testes sufficit. Graecus fuit Theophylactus. In 10. prior ad Corinthios, Sanguis iste, qui in calice continetur, ille est, qui Christi de latere profuxit: hunc ipsi cum sumimus, participamus, hoc est, Christo coniungimur. Nonne igitur vos videt Corinthii, cum ad idolorum calice n, ab hoc Christi decurritis poculo, qui vos ab idolis liberavit? In 11. Eram apud veteres Iudaeos, calices, quibus sacrificio ab olivo brutorum animalium sanguinem sferent phiala vel calice ex epum. Pro beluarum itaque sanguine, qui Veteri Testamento designat, meum nunc pono, Dominus inquit, qui Novum praefert. Nihil tamen horrescat veim cum sanguinem audis: nam si belluarum cruorem Veteri Testamento admiseris, quanto magis aivim erit per te admittentis? Et statim, Quinetiam per calicem, inquit, vel mortem commemorabis quam subiit Dominus. Quo ergo pacto solus perpotans debaccharis? praert meum tremendis hic calix, pari cunctis condicione sit traditus. Occurrentis in 10. οὐρανὸν ὅδε ἡ γῆ τῶν Χερσῶν τὸ αἶμα αὐτῶν, αἰς ἰσθμὸν τῆς κεφαλῆς, Ἄσθε τὸς μεμβράνας, Committit nos Christo eius sanguis, ut membra capiti, per participationem. In 11. εἰ οὐκ ἐστὶν ἰονισ οἱ καὶ τῶ πινντ ἔσιν οἱ οὐκ ἔσιν καὶ ἀμάρτια τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῶν ἁμαρτιῶν, ὅτι τὸ λ- μὸς τῶν ἁμαρτιῶν ὅτι δὲ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν ἁμαρτιῶν: Si Dominus aequae tibi ac pauperi dedi: propriis corporis sanguinisque mensam & calicem proposuit, tu audes hunc a tua mensa segregare, & contemnere?

XLIV. Fulbertus Carnotensis de tribus capitibus, Exere palatum fidei, dilata fauces spei, viscera caritatis extendo, & sumo panem vitae, interioru hominis alimentum, non arte pistoria fermentatum, sed incarnata Deitatis vitale pulmentum. Sume nihilominus vinum, non sordido cultore caecatum, sed de cocleari crucis expressum. Humbertus de fylva candida contra Graecorum calumnias, Tenues oblatas ex similia preparatas integras & sanas sacris altaribus nos quoque superponimus, & exi sis post consecrationem fractis cum populo communicamus: & tunc demum calice meri & liquidi cruoris potamur: quandoquidem nemi: i discipulorum nisi Iuda proditori intinctum panem a Deo porrectum inuonimus. Lanfrancus de Eucharistiae Sacramento, Sacramenta illarum rerum, quarum sacramenta sunt, semper similitudinem gerunt: sicut in Sacramento de quo hac quaestio ventilatur, dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Paulo post, Quorum a terum quidem dum frangitur, & in populi salutem dividitur, alterum vero effusum de calice, ab ore fidelium sumitur, mors eius in cruce, & sanguinis eius de latere emanatio figuratur. Nec multo post, In Sacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequentat Ecclesia sacro Domini quotidie immolatur, dividitur, comeditur: & sanguis eius de calice fidelium ore potatur. Vtraque vera: utraque de vine sumpta. Sumitur quidem caro per se, & sanguis per se, non sine certis mysticis: quannus alio loquutionis modo totus Christus manducari dicatur & creatur. Iterum, Quid enim secretius, quam panis vniueque speciem conspiciat, saporem gustare, tactum sentire: & tamen mirabiliter operante Deo veram carnem, verumque sanguinem credere comedere, bibere? Multis interiectis, Ambrosius in sexto de Sacramento Symono loquitur: Qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Et paulo post, Ideo in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed vera natura gratiam virtutemque consequeris. Similitudinem hoc in loco, nullo dubitante, panis vniueque speciem intelligit: sub qua corporis Christi natura contegitur, & sine cruoris horrore a digne sumentibus in salutem accipitur.

XLV. Guirmundus de Veritate Eucharistiae, libro primo, ex officio Ambrosiano. Ipsi qui sumimus communionem huius sancti panis & calicis, vnum Christi corpus efficiunt. Anselmus in decimo prior ad Corinthios, Sicut omnes, qui e vno pane, ac de vno calice Domini sumimus, vnum corpus efficiunt: ita si cum idololatriis de Sacrificio eorum comedimus & bibimus, vnum profecto cum illis corpus efficiunt. In 11. Duobus modis manducare & bibere debemus hoc Sacramentum, id est, ore cordis, & ore corporis. Micrologus capite 18. de Ecclesiasticis obseruationibus. Facta autem confectione debent omnes communicare, interim cum Antiphona cantatur. Et post, Orationem quam inclinati dicimus, antequam communicemus, non ex ordine, sed ex religioforum traditione habemus: scilicet, hanc: Domine Iesu Christe, qui ex voluntate Patris. Item & illud: corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi: Quod dicimus cum aliis Eucharistiam distribuimus. Cap. 19. Non est autem authenticum, quod quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam oratio Romanus contradicit, quia & in Parafene vinum non consecratum, cum Dominica oratione, & Dominici corporis immisionem iubet consecrare, ut populus plene possit communicare. Quod utique sipe sumum praecipit, si intinctum Dominicum a priori die corpus seruaretur, & ita intinctum populo ad communicandum sufficere videretur. Iulius quoque Papa, in ordine tricesimus sextus, Episcopi Aegypti scribens, huiusmodi intinctionem penitus prohibet, & seorsum panem, & seorsum calicem iuxta Dominicam institutionem, sumenda docet. Unde & beatus Gelasius, in ordine quinquagesimus primus, scribens quibusdam Episcopis excommunicari illos praecipit, quicumque sumpto corpore Dominico, a calicis participatione se abstinent.

XLVI. In decreto Iuonis, sciunt omnes colligi vetera testimonia; sed in vsum praefertem. In iis ista huc pertinentia. Capite septimo, ex Ambrosio, Beneficii diuini sanguis testis est, in cuius typum nos calicem mysticum ad tuitionem corporis & anima percipimus. Item, illis aqua de petra fluxit: tibi sanguis ex Christo. Illos ad horam satiauit aqua: te sanguis diluit in aeternum. Capite 28. Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere. Et 29. ex Siluio Papa, Singulis diebus Dominicus in quadragesima, praeter hos, qui excommunicati sunt & praeter illos, qui in publica poenitentia sunt, sacramenta corporis & sanguinis Christi sumenda sunt. Cap. 85. describitur, illud Iulii de intacta, & comple-

mento communionis, paneque seorsum a calice. Et 89. Gelasii de non sumendo corpore Domini sine calice.

XLVII. Duodecimum seculum nouae cuiusdam Theologiae vidit initia in Petri Lombardi sententiarum libris. Vidit etiam originem iuris Canonici in compilatione Gratiani: a quibus scaturigibus immensum creuit mare Scholasticorum, & Canonistarum; a quibus vtrisque mire laboratum est in corruptenda Ecclesiae doctrina, & politia: quarum illa degenerauit in infinitas quaestiones, nullis praescriptis curiositati limitibus: haec mutata est in formam iuris dicendi, aemulam legibus Imperatorum, ac Regum. In vtroque autem modo mirum quantum momentum fuerit pessum dandae Christianitati. Veruntamen integrae communionis vltus non fuit profligatus.

XLVIII. Bernardus serm. 3. in Ramis palmarum, De Sacramento corporis & sanguinis sui nemo est qui nesciat hanc quoque tantam & tam singularem alimoniam ea primum die exhibitam, ea die commendatam, & mandata deinceps frequentari. Sermone priore in Cena Domini, Confidite, quia & in hoc gratia subuenit, & ut securi sitis, Sacramenti Domini corporis, & sanguinis pretiosi inuestituram habetis. Est in 2. tomo eiusdem sermo in Cena Domini incerti auctoris. In eo haec, Christus pridie quam pateretur discipulis suis huius Sacramenti formam praescripsit, efficaciam exhibuit, id est, fieri praecipit. Forma praescripta in pane & vino. Notate: dicitur. Cum adhuc cerneretur, a Cena surrexit, discipulorum pedes Dominus vniuersorum lauit, dehinc ad mensam regressus, ordinat sacrificium corporis & sanguinis sui, seorsum panem, seorsum tradens & vinum.

XLIX. Zacharias Chrysopolitanus libri 4. cap. 156. Hoc facite in mei commemorationem. Hoc exponit Apostolus dicens, Quotiescunque manducatis hunc panem & calicem bibitis, mortem Domini annuntiate donec veniat. Paulo post, Quod si quem mouet, cum cenatis Saluator Apostolis suum corpus ac sanguinem traxerit, quare nos ieiuni eadem sacramenta percipimus: audiat quia tunc necesse erat. Et quae sequuntur. Et post, Sanguine Christi corpus & animam linimus, quia sanguis agni super vtrumque postem datus, liberauit Hebraeos Iterum, Reals & Sacramentalis comestio iunguntur, cum accipientes in pane, quod pependit in ligno, accipientes in calice, quod manauit de latere pertinent mentis vique ad eum panis vitae.

L. Rupertus de diuinis Officiis libri 6. cap. 23. Nos autem cum silentio communicamus: sed sanguis ille quem sumimus, ad Deum de ore nostro clamar, sicut scriptum est: Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nos enim, id est Ecclesia, terra illa sumus, qua aperit os suum, & sanguinem Abel, id est Christi, bibit fideliter, quem Cain, id est populus Iudaicus, effudit crudeliter. In 6. Ioannis, Nunquid ab eisdem patribus ibidem taciti me est, huius rei vniuersa corporis Christi, quod est Ecclesia, Sacramentum esse panem & vinum, quod in Dominica mensa praeparatur, & de mensa Dominica sumitur: Paulo post, Domini corpus, quod in altari sumimus, & sanguis eius praestita unitatis recte Sacramentum dicitur, eo quod illo cibo potuque visibili in vnam Christi Ecclesiam, quae sit eius corpus, plenitudo eius inuisibiliter consecremur. Iterum, Proinde cur, etis figuratum, vel similitudinem ne vultis remoueri, non corpus quod bibet, non corpus Christi, quod est Ecclesia: sed illud corpus Domini, quod pro vobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem, qui pro nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitanter credimus: & quod fecit ipse, hoc idem in commemorationem ipsius, facimus, & bene facimus nos facere, id est carnem ipsius manducare, & sanguinem bibere. Iterum, Videlicet ne quis existimat, se abique corporis & sanguinis eius cibo potuque visibili, vitam vtramque corporis & anima, sola fide recuperasse, & isto Sacramento non egere: hoc ipsum repetitur: procul dubio constans, quod non vere credit, qui quibus manducare, & bibere contemnit. Nam quanti unius fidelis, & Catholicae professionis homo sit, si manducare & bibere recuset de hoc cibo potuque visibili, eo ipso quod tibi hunc necessarium non esse praesumis, a societate membrorum Christi, quod est Ecclesia, te praecidit: nequere crede in eam, cuius in hoc cibo potuque ab ipso tam diligenter commendato, derogas auctoritati. Nonne primi parentes nostri, & prius inuisibiliter corrupti spiritu Diaboli, contra Creatorem suum intinuerunt, & deinde per serpente suum visibili quae cibo perierunt? Ita plane oportet poenitentem hominem, ut prius inuisibiliter subici Creatori, eo de credendo ad iustitiam, & ore confitendo ad salutem, & deinde visibili quoque cibo, & potu vitae aeternae necessarium perficere iustificacionem.

LI. Petrus Cluniacensis contra Petrum Brui articulo quarto, Quid certius, quid clarius dici potuit, contra eos qui corpus Christi & sanguinem per Sacramento vnum tantum facta, tunc tantum caia astruunt, quam quod ipse Christus discipulis suis praecipit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem? Nam postquam dixit, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum: & accipite & bibite, hic est sanguis meus, statim quod dixit, adiunxit, hoc facite in meam commemorationem. Quomodo ergo potest dici, semel tantum factum, & semel praesentibus datum Sacramentum, cum nullum Apostolorum excludens, nullum tempus excipiens Christus dixerit, Hoc facite in meam commemorationem? Quomodo igitur audet haereticus dicere, Nolite hoc facere: cum Christus imperet, dicens, Hoc facite: Hoc placet, non aliud, hoc idem, quod accipitis ad comedendum quod sumitis ad bibendum, corpus scilicet meum & sanguinem. Quid ultra? quod dicitur certe quareis? Ecce hoc solum & breuissimum verbum, multa & prolississima verba destruit: ut nisi ex superabundanti non sit ulterius necesse querere, unde nequam hostis debeat inire. Non enim solummodo dixit, Accipite & comedite, vel Accipite, & bibite: sed addidit quod accipitis & comeditis: quod accipitis, & bibitis, hoc facite. Si hoc ita est, falsum est, quod a vobis, & haereticis dictum est, tunc tantum hoc Sacramentum a Christo datum, tunc tantum ab Apostolis susceptum: quia quod fecit, eos facere praecipit: quod eis distribuit, hoc eos aliis distribuere voluit. Aliquanto post, vrgens verba Pauli ad Corinthios, Si constat hoc non de quolibet homine, sed de omni homine ab Apostolo dictum: falsum est, quod a vobis dictum est, de his tantum qui Cena Domini interfusunt hoc dictum. Sed verum est autem Apostolica hoc docente, nos hos tantum, de quibus conceditis, si de quocunque, hoc est omnem hominem posse manducare tantum Domini, & bibere calicem Domini, hoc est, secundum eundem Apostolum, corpus & sanguinem Domini. Igitur falsum est, quod dixistis, illos tantum, qui Cena Paschali interfuerunt, potuisse accipere corpus & sanguinem Domini. Multo post, Ita plane ita iuxta Apostolum, quando manducatur panis Domini, id est corpus Domini: quando bibitur calix Domini, id est sanguis Domini, annuntiat, hoc est, repraesentatur mors Domini. Et post, aduersarium

...faciam inducens penè persuasum; vnum denique interrogantem facit, Verum quidem corpus & sanguinem Redemptoris, sub panis ac vini specie in altaris sacramento dari fidelibus scio: sed cur ad manducandum, vel bibendum dicitur: si licet querere, quare. Et huic prolixè respondens, inter alia, Dat plane, inquit, ea nem suam, dat sanguinem suum, non solum ad honorandum, sed etiam ad manducandum, & bibendum Christus hominibus: ut sicut abiquo carnali cibo & potu, nullum mortaliem, mortalem & miseram vitam posse transigere cernitur, sic a que ista spiritali esca & potu, neminem immorta em beatam assequi posse credatur. Paucis post, Unde hinc sol nmes & ad vitam eternam hominum conservandam principales substantias ad vitam sempiternam hominibus restaurandam Dei sapientia foriter suauiterque disponens omnia, iustitiam voluit: eaque de causa in illarum specie carnem suam ad manducandum, sanguinem suum ad bibendum, hominibus dare decreuit. Iterum, Vt ergo non tantum ve bis discrent, sed etiam familiariter factis, sentirent homines, se mori perpetuo seunctos à Christo, se non posse semper viuere nisi coniunctos & unitos Christo, ad similitudinem esca & vitæ carnalis accipiunt corpus Christi, bibunt sanguinem Christi: non ab alio data; non ab alio suscepta quam ab ipso Christo, qui eorum post hanc vitam futurus est esca, hoc est: vita, & beatitudo eterna. Ad extremum, Vt igitur vita aterna spiritaliter & inuisibiliter munda in presenti collata, corporaliter, & visibiliter in futuro conferenda significaretur, data est caro sub specie panis ad comedendum, & sanguis Christi sub vini forma hominibus ad bibendum. Et post, Claret inquam, car non tantum ad honorandum, non tantum ad adorandum, sed insuper ad manducandum carnem suam, & bibendum sanguinem suum Christus Christianis, Dominus seruis, Deus hominibus dare voluit.

LII. Algerus de Sacramento libri 2: cap 3. tractans questionem, cur panis in carnem, vinum in sanguinem per se consecratur. Iste mos, inquit, inoleuit in Ecclesia ab ipso Christo, qui corpus suum & sanguinem diuisim consecrauit, & dedit: non ad diuisionem substantiæ suæ ut illi duos Christos acciperent, cum in utroque unum Christum acceperint: sed ad discreti nem figuram: ut panis dum dentibus tritur, carnem Christi in passum attritam: & dum celum in ora fidelium funditur, sanguinem de latere Christi fuisum signaret. Et post, Vt signetur animas nostras & corpora anima Christi & corpora uniri, & conformari deberet, simul corpus & sanguis sumitur à fidelibus. ut sumpto corpore & anima Christi (paulo antefi. ma. erat per panem significari corpus, & sanguinem, animam Christi) toto Christo totus homo in anima & corpore diuificetur: & in ipsa caro Christi, ut actum est, non ex sanguine & mortua, sed viuua & diuificatrix creditur. Unde, ut ait Augustinus, nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communis caritur. Item Gelasius Maiorico & Ioanni Episcopi Com erimus quod quidam sunt præstantum corporis sacri portionis, à calice sacra tritoris abstineant: qui procul dubio, aut in: gra Sacramenta accipiant, aut ab integro abcoantur.

LIII. Odo Cameracensis in sacri Canonis explicatione, distinct. 3. In specie enim & sapore panis & vini, & manducamus & bibimus ipsam substantiam corporis & sanguinis. Item, Cum hic corpus & sanguinem Christi sumimus, de celo Deum accipimus, in quo omni benedictione celesti & gratia replemur. Sumimus hic visibiliter corpus & sanguinem Christi, sumimus inuisibiliter de celo, quo perlata sunt, benedictionem & gratiam.

LIY. Mitto alios. Certe Gratianus, & Lombardus in sui temporis vsum collegerunt ille Canones, iste sententias. Ab illo nobis desumpta sunt non pauca ex Veteribus, quæ nunc repetere non placeat. In libro 4. hæc habet; Distinctione 9. ad finem, Perit sacerdos, ut Christus qui nunc vere sub specie panis & vini sumitur, manifesta visione, sicut in essentia diuinitatis est, quandoque accipitur. Distinctione 10. legim. 2. ex Augustino Caro, inquit, eius est quam sub forma panis operamus, in Sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub vini specie de sapore potamus.

LV. Hactenus sunt decursa Ecclesie Christiane secula duodecim, in quibus communionis integre memoria per: eua, dimidiata nulla expressa. Seculo decimo tertio tandem opposita consuetudinis occurrit testimonia: nec alius ipsi sepeunt ad ieritiam, saltem discretam: Ea sunt Thomæ, cuius verba in 6. Ioannis ista, Dubit eur quod per hæc verba Domini (obiectio fuit Hussitarum) non solum manducat o corporu sed etiam sumptio sanguinis est de necessitate salutis: præsertim cum perfecta refectio cibi non sit sine potu. Cum ergo consuetudo aliquarum Ecclesiarum sit, quod s. l. u. Sacerdos communitet de sanguine, alii vero communitent corpori tantum, videtur huic sententia contrariari. Respondit, Dicendum, quod secundum antiquam Ecclesie consuetudinem omne, sicut communicabant corpori, ita communicabant & sanguini: quod etiam adhuc in quibusdam Ecclesiis seruatur: ubi etiam ministri altaris continet & cor: ore & sanguine communicant, sed propter periculum effusionis, in aliquibus Ecclesiis seruatur, ut solum Sacerdos communicet sanguine, reliqui vero corpore. Et in summa, partu. 3. qua. 80. artic. 2. Contra ista multarum Ecclesiarum vsum, in quibus populo communicanti datur corpus Christi, sumendum, non autem sanguis. Hæc in initium questionis. Verum licet corpus Christi sumere sine sanguine, que primò omnium in fallor Thomæ disputata: sed aut neglecta, aut non audita Bonauenturæ 1272. v. 3. postea seculo decimo quarto in Constantiensi Concilio denique facta, ut vni haberet legis perpetuæ, atque vniuersalis. Itaque deinceps altum integre communionis silentium, nisi Valdenses, & Albigenes suscitarent, & Hussitæ: & nos denique, propterea omnes omnibus diuis deuo: quæ Papinæ fuit & pietas & caritas.

C A P. X.

De longa consuetudine Ecclesie.

I. EX his tam frequentibus Christianorum testimoniis, conficitur nobis argumentum. Consuetudo Ecclesie longo tempore reintroducitur, & diutissime obseruata, & laudabilis, pro lege est habenda. At communi laicorum sub vtraque specie, est Consuetudo Ecclesie talis. Ergo eadem est pro lege habenda. Maior desumpta est ex verbis Conciliorum Constantiensis & Basileensis, quauquam alsum: entibus, concludentibusque in oppositam partem. Prioris hæc fuerit, Cum huius modi Consuetudo ab Ecclesia, & Sanctis Patribus rationabiliter introducitur, & diutissime

obseruata sit, habenda est pro lege. Posterioris similia, Laudabilis Consuetudo, ab Ecclesia & Sanctis Patribus rationabiliter introducitur, & diutissime obseruata, & a doctoribus diuina legis, Sacrarum Scripturarum, atque Canonum multum peritiam habentibus, tam longamorem, & commendatam, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare. Itaque speramus futurum, ut non vocetur in dubium ab aduersariis axioma.

II. Quare minor sola declaranda confirmandaque superest, annotatis distincte capitibus; ad quæ reuocari sumus, quæcumque exceptiones potuimus inuenire in scriptis aduersariis. Primum esse consuetudinem Ecclesie, & quidem longam: Deinde approbatam à doctoribus diuina legis, & Canonum peritissimis. Nam laudabilem, siue rationabiliter institutam, non est opinor, necesse disputare; Nam qui Ecclesiam negant errare posse, quò prætextu impugnent vllum vsum Ecclesie?

III. Aggredior primum. Fuisse igitur consuetudinem Ecclesie; patet; Quia v. atur consuetudo, quod in communi est vsum. Distinctio prima, Canone consue. hdo. Non potest autem negari in tanta testium frequentia, ex omnibus oris Christiani partibus, fuisse in vsum communi. Tum autem testimonia sunt dicta. Alfonso de Castro dixit, olim per multa secula sic apud omnes Catholicos vsum esse. Lorichius respondebat Patre loquos de more, qui cum temporis apud eos seruabatur. Soto, hanc consuetudinem in Ecclesia multis seculis durauisse. Denique alii frequentes, vsum, & consuetudinem, morem, nominauerunt.

IV. Nec sane aliter potest. Nam Iustinus manifeste Imperatoribus explicabat Christianam instituta. Quid Clementem dicam, & Dionysium? Quod Liturgias variat? Num videtur aut illi aut istæ, ritus aliquos priuos describere, nec frequentes? Sane si Canon hodie Romanus potest concipi nihil habens solenne, nihil ordinatum, poterunt fortasse liturgie in piuarum ordinem cogi. Denique Ambrosius, Cyrillus, & posteriores Aleuius, Iuo, alii proferebantur descriptionem, explicationemque rituum Ecclesiasticorum, Quare negari non potest eam fuisse consuetudinem Ecclesie.

V. Sed & longam diuturnamque quod erat secundo loco positum. Quid enim dicitur est longum diuturnamque, si non potest id quod per multa secula proceditur, teste Alfonso de Castro? teste Soto? Et vero multa ut dicerentur sufficiebat duo aut tria. Atqui duodecim numerata sunt sigillatim. Estne quod contra possit excipi? Certe si perit in Concilio Constantiensi & Basileensi longa dici consuetudo, cuius initium non altius quam à præcedenti seculo; cur hæc non multo potiore iure longissimam dixerimus?

VI. Papiste ita soleunt ut dicant fuisse abrogatam. Lorichius, Respondendum est inquit, cosloqui de more, qui tunc temporis apud eos seruabatur. Arboreus. Olim laici communiabant sub vtraque specie, quod tamen antiquum est. Catholicius, In primitiua Ecclesia hoc fiebat: sed nunc ordinatum est aliter. Alfonso de Castro, Hoc colligitur aliquando factum fuisse quod tamen Ecclesia postmodum bene circumspecta deleuit.

VII. Abrogatam? Ita est, inquam. Nos, nos scimus abrogatam: nos videmus abrogatam. Quid opus erat inonere. Heu fatum! En rerum humanarum vices! En superstitionis efficaciam! Sed nos itidem scimus; itidem videmus in toto pene Oriente: in vniuerso meridie abrogatam non tantum hæc calicis communionem, sed ipsam funditus Eucharistiam: abrogatam Baptistam: abrogatam Euangelium. Nonne enim hæc fuit Mahometis impostura? Mahometicæ imposturæ efficaciam? ut Christus videatur in solam Europam relegatus, atque eam non totam? Sicine colligat Papista, quia longa illa & laudabilis consuetudo baptizandi, tem consecrandi Eucharistiam, fuerit abrogata, antiquata, aliter ordinata; apud longe maximam hominum partem: atque adeo us locis, vbi erat & publica, & solennis, & longa: propterea nemini vsurpanda; Christianos forte, separabunt à Mahometanis: ut ne apud illos horum valeat aduersus Ecclesie consuetudinem autoritas. Recte. Sed & recte Christianos separauit à Papistis res ipsa. Itaque negamus Papisticam abrogationem, antiquationem, ordinationem, apud Christianos vilius esse inomenti, nisi vti in derestationem veniat.

VIII. Enimvero videant, quid dicant. Axioma est ab ipsis positum, à nobis nunc mutud sumptum: Ecclesie consuetudo, longa, laudabilis, rationabilis, confirmata, est habenda pro lege. Opponunt abrogationem. Et quid aliud est quæso, abrogatio, quam constitutio, ut ne habeatur pro lege vnterea? Quare qui dicit longam consuetudinem habendam pro lege; idem negat esse abrogandam. Et contra, qui abrogatam dicit, tueretur non esse habendam pro lege. Eligant vtrum velint. Si longa & rationalis Ecclesie consuetudo habenda est pro lege: Ergo non fuit abroganda: & ridiculi sunt noui ophistæ: qui cum hæc non negent & longam & laudabilem esse, tamen abrogatam dicunt. Sin autem aliquid dicunt hi noui Sophistæ, mentuntur patres illi Constantienses, & Basileenses, qui dicunt longam, & laudabilem consuetudinem habendam pro lege: & si mentuntur, rum diminuta hæc communitio; nihil habet quo vel introduci debuerit olim, vel nunc retineri.

IX. Alii negant consuetudinem fuisse vniuersalem. Salmero tract 34: Respondemus, primitiuam illam Ecclesiam non ita Eucharistiam sub bina specie dispensasse, quàm aliquando certis de causis & opportunitatibus sub altera tantum traderet. Sanctelius cap. 2. Credimus fuisse in vsum etiam publicam sub vtraque specie celebri totius Ecclesie caru ac theatro communionem: nihilominus iustis de causis semper licuisse per ead in principia, & fundamenta, separatum & sub vna specie etiam in publica Ecclesia separatione Eucharistie capere, Eckius in Enchiridio; Fatemur hunc vsum fuisse in primitiua Ecclesia: nec tamen vniuersalis fuit vsum. Homilia 33. Non negamus pro libere proficemur in quibusdam particularibus Ecclesiis in primis: atque deinde aliquando post, Sacramentum hoc etiam iuic in vtraque specie esse potest.

X. Vniuersale, quid appellant, quæso? Dialectice, id quod nullam admittat exceptionem: an moraliter, id quod longe læque diffunditur in plurimos? Nam si prius; Ergo sensus erit; Longam; laudabilemque consuetudinem Ecclesie vniuersalem, cui nulla opposita possit excipio, esse habendam pro lege. Et tunc aut inepti fuerit ratiocinantes Patres illi Constantienses, Basileensesque; si suam diuinitatem communionem sciuerint non esse vniuersalem: vel certe impostores, qui scientes, dissimula-

verint. Quorum si utrumque sit absurdum Papistis; hoc restat unum; ut iis Patribus persuasum fuerit; etiam non uniuersalem consuetudinem habendam pro lege, dummodo sit longa, & rationalis. Nam profecto communionem hanc diminutam constat luce clarius non fuisse uniuersalem: quomodo enim? cum constet & in primitiua saltem Ecclesia, alteram fuisse permissam? Et in recentissima illa, quam sibi ante oculos ponebant boni Patres, fuisse alibi usurpata, alibi neglecta, teste Thoma?

XI. Sin alteram uniuersalis descriptionem malunt; nos vero dicimus, aut nihil unquam fuisse uniuersale; aut communionem sub utraque fuisse uniuersalem. Certe Salmero tractat 35. *Ingenue & aperte confitemur, morem generalem extitisse communicandi etiam laicos sub utraque specie, sicut hodie fit apud Græcos: Et olim erat in more positum apud Corinthios, & in Africa.* Neque difficile est probare. Nam liturgiæ non sunt, nisi ut fiat publice, atque ordinariæ formulæ: atque ab aduersariis cumulantur experientia contraria, paucissima sunt, ac singularia: & denique ipsorum siue professio, siue confessio, concurret. Nam cum nullus ausus sit dicere dimidiatam istam communionem fuisse altera frequentiore, usitatore uere: tum Salmero tantum dicit, licuiss; & aliquando, & certis de causis; & opportunitatibus. Quæ cautiones significant aliquid extra ordinem: ac proinde non uniuersale. Quod Bulegeras testatur: communionem enim utriusque speciei discrete scripsit fuisse ordinariam; & tamen communicatum fuisse uti tantum, certis casibus. At nostra hæc communicatio liberior fuit; neque temporibus coercita, neque causis, aliis quam quibus ipsa tota communicatio; imo ipsa tota Eucharistiæ celebratio. Ut omnino oporteat vel ipsam Eucharistiæ celebrationem negare; vel hanc communionem confiteri uniuersalem.

XII. Quamquam de usurpatione huius dimidiatæ, mitto plura dicere; nam exempla commode expenduntur libro proximo; cum obiciuntur ex professo. Vnum dico, etsi non unquam legatur species tantum panis manducata; tamen nunquam legi solam traditam à Sacerdote. Etenim, sumebatur intra priuatos parietes illa; quantum utraque sumeretur è manibus siue Sacerdotis, siue Diaconi. Sed hoc, ut dixi, alias.

XIII. Quid plura? Dico rerum in Ecclesia obseruandarum uniuersalitati non obitare exempla perpetam admissa, & contra regulam. Sic uniuersalis usus est Ecclesiæ, species tradita scilicet: etsi nonnulli usurparint in rinctam. Uniuersalis usus est, Sacerdotes communionem sumere, quoniam consecrant: etsi aliquando sit aliter factum. Uniuersalis usus est in calice consecrari uinum; etsi nonnulli, neci quidem improbi; interdum aquam solam uoluerint. Multa referri possunt similia: quibus & hoc addendum: etsi pauci ab initio; plures postea ausi sint separate species, tamen usum speciei utriusque esse uniuersalem in Ecclesia: quæ iudicanda sit ex suis regulis; non ex arbitrariis quorumcumque amentis: de quibus uellem Papistis uenisset in mentem illud quod aduersus Christum non sine horrore aucturam est; legibus iudicandum non exemplis. Sed oportuit uidelicet, hypocritas camelum deuorare, & calcem cribrare.

XIV. Tertia responsio est Valentianæ. Non ideo esse iuris diuini aliquid, quod olim Ecclesia usurpauerit. Exempli gratia, cum olim Eucharistiam in facibus exhibuit Ecclesia.

XV. Atqui hoc nullum erat in hoc argumento nostro: sed tantum longa, & laudabilis Ecclesiæ consuetudo. Nam de iure diuino aliud argumentum fuit; & satis, ut quidem speramus confirmatum. Adesto ergo Valentianus; & ingenue respondeo interrogatus: utrum nihil censcat esse pro lege habendam, nisi quod sit de iure diuino: an scus. Nam si posterius, non soluit argumentum, cuius magnum fundamentum fuit ab auctoritate Constantiensium, & Basiliensium; qui de iure diuino neque *quod*, neque *quod*. Sin autem prius, habet ipsos istos Patres aduersarios: qui communionem dimidiatam iusserunt haberi pro lege: cui tamen ius diuinum nemo adscripsit unquam: ut impudentissimi quidem Papista.

XVI. De Eucharistia in facibus tradita, facilis responsio: fuisse aliquam consuetudinem, & quidem comprobatam ab aliquot doctoribus: sed neque uniuersalem; neque rationabilem: de cuiusmodi consuetudinibus ne verbum quidem in argumento: itaque qui hanc obicit, perinde facit, ac si Prolomizo demonstrari sol. cuius esse constantem, atque *omni* *no*, obiceret agnos in præs petule: saltitantes. Vel propinquius Mercurii anomalias.

XVII. Quarto Becanus queritur uagari nos extra questionis statum: Quæstionem enim consistere non in eo, an utraque speciei fuerit ol min *u* *u*, sed potius, an fuerit in præcepto: Patres significare fuisse in usu, non dicere fuisse in præcepto. Placuit Rheomo, iubenti potius probari Patres docuisse, non licere communicare nisi sub utraque specie. Nec alia mente Gregorius de Valentia dixit, nullam ex omnibus à nobis prolatis Patrum sententiis esse, quæ vel usum utriusque speciei omnibus & singulis iure diuino necessarium esse asseruerit, vel usum alterius hoc ipso & per se proprie damnet, quod fuerit unius tantum speciei usus, & non etiam utriusque.

XVIII. Gemina distinctio est Prior. Consuetudinem longam, & laudabilem, alias esse præceptum, & tunc concedi maiorem, negari minorem. Vel non esse, & concedi minorem, negari maiorem. Sed contra. Primo, contra naturam esse consuetudinis, ut sit præceptum: cum sit aliud nihil, quam multitudo exemplorum: unde in usu dicitur consistere. Distinctio. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum: quod pro lege sumitur cum deficit lex. Et post, Vocatur consuetudo, quod in communi est usu. Et in Canonem, *Mores sunt* Ioannes de Turrectemita, *Consuetudo in præsenti frequentiam quandam circa ea, qua facere, vel non facere in nobis est.* Nonne est absurda distinctio, quæcunque est contra rei naturam? Itaque consuetudo non dicitur lex, sed sumi pro lege, cum deficit lex. Est autem lex, si esset præceptum. Nam etsi non omne præceptum: tamen omne præceptum publicum est lex. Consuetudo autem nunc non quælibet supponitur, sed publica.

XIX. Secundo, est contra mentem Constantiensium & Basiliensium: qui hoc posito, quod longa & laudabilis consuetudo habenda sit pro lege; concludunt communionem truncatam esse habendam pro lege. At qui hæc ante id tempus, nullum unquam fuerat præceptum; sed duntaxat

in usu posita: & quidem non uniuersali. Itaque aut absurdissime ratio ciatur: tum fuit; aut existimatum consuetudinem longam, & laudabilem; etiam quæ non sit præceptum, habendam pro lege.

XX. Tertio, etsi consuetudo per se, & ex definitione sua non sit lex; tamen aliqua consuetudo esse potest à lege aliqua. Lucæ secundo, *Quum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis.* Iterum, *Ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem dicitur facti Actor 21. Audierunt de te, quia discessionem doces à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudeorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.* Hoc sensu dico Communionem utriusque speciei fuisse à Patribus commendatam, ut quæ esset à lege: nimirum ab institutione Sacramenti. Nam aut omnes, aut ferme omnes eo redeunt: atque institutionis uerba fundum habent huius consuetudinis. Quare hæc solutio, labascit undique.

XXI. Altera etiam impudentior est. Consuetudo alias dicit aliquid esse necessarium, & oppositum damnat per se & proprie: & tunc conceditur maior, negatur minor. Vel non, & conceditur minor, negatur maior. Contra. Primum hæc distinctio est iterum contra naturam consuetudinis. Nam si consuetudo est iterum quas facere vel non facere in nobis sit: ergo non est necessarium; & quarum oppositæ per se & proprie damnentur. Et quis consuetudini id asserat; quod ne quidem legi conueniat? Nam exempli gratia, Lex fuit apud Iudeos quæ circumcisionem imperabat: & tamen non damnabat præceptum per se & proprie: sed tantum *non*, id est, in Iudeis solis. Itaque sufficit ut consuetudo, ut lex, & sanciat aliquid, ut necessarium *non*; & improbet oppositum itidem *non*. Quomodo nos Eucharistiæ institutionem; indeque consuetudinem interpretamur.

XXII. Fuit hic sensus Veterum; apud quos improbata est intacta, pro complemento communionis: quia scilicet panis, scilicet traditum sit unum. Et prohibitum post panis summptionem abstinere à calice: quoniam unius eiusdemque mysterii diuisio sit sacrilega. Et dictum, non denegandum lapsi calicem, quod animandi sint ad martyrium. Et multa similitur: quæ docent & communionem utriusque speciei, esse aliquo modo damnandam.

XXIII. Secundo, dico distinctionem esse contra mentem Constantiensium, & Basiliensium. Nam hi talem consuetudinem intellexerunt qualis erat illi quam uolebant haberi; nempe communio mutila. At hæc consuetudo; neque tanquam necessariam usurpabat eam mutilationem cum, teste Thoma, non esset uniuersalis: neque integram communionem damnabat proprie & per se: nam & instituta à Domino concedebant Patres: & ne hodie quidem cum non simplex consuetudo, sed lex est, & quidem dura, quisquam eam fuerit, ut ausit oppositum absolute damnare. Quare aut bardi, blenni, stupidi, *alio* fuerit Constantiensis, Basiliensisque in ratiocinando: aut à nostris Papistis concedendum, hoc axioma, longam laudabilemque Ecclesiæ consuetudinem pro lege habendam esse. Etsi neque necessariam præcipiat, neque oppositum prohibeat proprie & per se.

XXIV. Quintam solutionem Latomus excogitauit, *Cum rudis adhuc esset prima Ecclesia, tum acceptum à Christo religio tenuit, donec docti à Patribus intellexit utramque speciem conuenire Sacramentibus, laicos solo pane contentos esse posse.* Distinguit adue consuetudinem longam & laudabilem, ut alia sit rudis Ecclesiæ; & sic negat maiorem, minorem concedit: alia melius instituta: & tum maiorem negat, concedit maiorem.

XXV. Taceam? An refutem? Nam profectio tanta hæc absurditas est, ut non uideatur posse quengquam latere; aut imponere eum quam, quantum non admodum. Quid enim? Nempedeo sublimiter sapuit Latomus, ut uniuersam Ecclesiam illam rudem dixerit, quæ tennit communionem utriusque speciei: id est annorum plus quam mille: & institutam melius, eam quæ à suis doctoribus audiuit posse laicos una contentos esse: quod factum legitur apud Thomam omnium primum eam quæstionem disputantem. Hunc scilicet liberanda ueritas duodecim seculis expectabat.

XXVI. Nempede ergo id unde melius instituta dici potuit Ecclesiæ, oportet esse uerius, eo, unde rudis. Hoc enim sensus habet communis. Itaque uerius esse, concedendam esse communionem mutilam, quam integram. Rursus, quia rudis prius, deinde melius fuisse instituta Ecclesiæ: & rudis communicasse utriusque speciei. Ergo prius oportet traditam fuisse in Ecclesia communionem integram, quam mutilam. Quid iade sit consequens? Nempede retractanda hæc esse axiomata: quæ alioquin & cum lubet tam magnifice iactantur ex Tertulliani præscriptionibus, cap. 31. *Principalitatem ueritati. Et post ueritatem mendacitati deputandam. Id esse Dominicum & uerum, quod sit prius traditum: id autem exritaneum & falsum, quod sit posterius inmissum.* Pamelius annotatione in eum locum, *Tertulliani sententiam diligenter obserua, prima duntaxat institutioni tribuentis ueritatem, mendacem uero ducens eam quacumque sequitur. Hoc est Euangelica doctrina proprium, solique Dei mandatis ac legibus ad animarum salutem conuenit: ut, cum dantur, uera sint: uerora, sanctiora, meliora postea dari possint quibus adiecit, uel admittere quæpiam, corrigere, supple renes & impium: semper est iudicatum.* Iustus Caianus, qui factus Apostata maluit interdum Iustus Baronius appellari in eundem locum, *Quam autem sententiam, quia monet Tertullianus etiam aduersus posteriores quosque hæreticos mansuram, non mirabuntur Nouatores, toties eam Catholicis contra rudes ipsorum naniam in ore esse.* Constate uobis Papistæ: atque aut ne tanto boatu principalitatem commendate, ut gratum ficiatis Nouatoribus Constantiensibus, ac Basiliensibus: aut ne ueritatem; sanctorem; meliorem dicite imminutam communionem plena communionem: ne dicit rudem Ecclesiam integre communicasse: melius doctam mutilate.

XXVII. Sed enim rudem Ecclesiam, quorum uitiis? Imo uero prius, quamnam audimus? Quæ utraq; specie communicauit: id est, Apostolicam: deinde reliquam omnem adusque seculum 12. Deum immortalem, illam Apostolicam rudem! Mendacem teigitur, Paulus, qui tuis Corinthiis toquebare, *ut quæstionibus, ut prud nitibus, siue ex Beza, ut peritis: & eos iubebas iudicare quæ diceret, decimo prioris. Mendacem te. Ioannes, qui 2. primæ tuis diebas,*

Atque bas, *quod vobis accepistis ab eo, manet in vobis: nec necesse habetis, ut*

XXVIII. Iam quorum vitio factum ut rudis esset, siue illa Apostolorum

XXIX. Superest ergo, ut vitum fuerit Apostolorum, Episcoporum, Sa-

XXX. Sexta solutio Eekii homilia 33. Quod iam commemorauimus de

XXXI. Magnum acumen! Crediderim inquit: quasi quid velit nolite

XXXII. Neque vero Sophista excipere ausus nisi priuatam commu-

XXXIII. Denique quid hoc ad rem? Nam communionem vtriusque

XXXIV. Septima solutio eiusdem homilia 34. Quod in Ecclesia mar-

XXXV. Ergo ne miserentur Papistae nos eum morem restituisse, qui nec

XXXVI. Sed rem videmus. Factum est, inquit, propter quod idiam

quam Basilins restatur originem habuisse a persecutione? Nam Papistae
vt hanc probent in usu fuisse, Basilii citant Epistolam ad Casariam Patri-
ciam: vbi dicitur *et dicitur quod dicitur quod dicitur quod dicitur quod dicitur*
et dicitur quod dicitur quod dicitur quod dicitur quod dicitur
mines necessario Sacerdotes vel ministro non presente propriis manibus accipere
communione, non est nisi superuacuum et demonstrum. Cur ergo nunc cum
nulla persecutio est non omittunt boni viti? An quia non hanc vnam cau-
sam haberi putant? Hoc sibi responsum putent. Nam quae aliae cause au-
meratae sunt, sufficient, vt retineatur vtriusque speciei communio.

XXXVII. Octava solutio Petri Michaelis aduersus Cypriani Epistola
lam ad Cornelium. Si existimasset Cyprianus a Christo sancitum praece-
ptum ea de re esse, minime eius permissionem a Cornelio Papa postula-
set. Nam postquam Episcopi decreuissent penitentibus in extremis vitae
periculis laicam communionem, id est sub vna specie porrigendam esse,
statuit Cyprianus huiusmodi indulgentiae dilatacionem seu extensionem, a
Cornelio postulare, vt scilicet liceret iisdem persecucionis tempore, quo
magis ad mortem armarentur, sub vtraque etiam specie porrigere.

XXXVIII. Deum immortalem quid hoc est audaciae, quid impuden-
tia? Pro fidem! Ad-on confidenter mentiri quaequam hominum! Postu-
lare vero Cyprianum permissionem vllam a Cornelio? Et permissionem
ampliam communionem, vt quae esset vnius speciei, fieret vtriusque? Nihil
in Iesuitarum ingenium declamari potest pro meritis. Pamelium audiamus
eius Epistolae contrahentem argumentum, *Quum prius statuisse Africani*
Episcopi in Concilio quodam, vt lapsi non nisi diu penitentia acta admittentur ad
pacem, nisi forte periculum infirmitatis urgeret: iam instante noua persecu-
tionem, statuerunt omnibus qui penitentiam egissent, pacem dandam, vt fortiores essent
ad passionis praedium. Id Episcoporum statutum, totius Synodi nomine, nuntiat
Cornelio Papa Cyprianus: atque a se non tam ipsius Cypriani, quam Synodi Afri-
canae est haec Epistola

XXXIX. Vide quae Iesuitae mendacia. Primum decretum fuisse lai-
cis penitentibus laicam communionem. Atqui Pamelius dixit decretum
fuisse vt lapsi non daretur communicatio nisi postquam in extremo vitae pericu-
lo per infirmitatem, id est morbum. Longe hic alius status est ab illo. Quis
enim non videt ipse per se? Secundo hac Epistola agi de amplianda ad v-
tramque speciem. Atqui Pamelius testatur agi, de concedenda omnibus
penitentibus propter persecutionem, id est etiam non positus in vitae peri-
culo per morbum. Estne idem? Imo estne quicquam simile, vt saltem vicini-
tas imposturam queat excusare? Tertio postulari permissionem; cum ta-
men significatio fuerit statuti. Nam id statutum nuntiat, inquit Pamelius:
Potestne idem esse, nuntiare quid in Africa sit statutum; & postulare vt per-
mittatur.

XL. Omnino ita est: agi non de calice proprie: sed de pace lapsis con-
cedenda. Dabatur autem pax iis qui Ecclesiae conciliabantur post iugentia
peccata: & iure eius pacis admittebantur ad sacram communionem.
Itaque, quod Cyprianus de sanguine agit, id est, quia argumentis dicitur
debeere voluerit necessitatem huius pacis. Atque adeo de corpore etiam non
taequit, Protectione, at, sanguinis & corporis Christi muniamus. Vnde mani-
festum argumentum, eos quibus haec pax concedebatur, antea fuisse priua-
tos non sanguine tantum, sed etiam corpore Christi: hoc est integra com-
munionem.

XLI. Mirro quae prolixius notari possunt: Communionem laicam
nunquam nominatam nisi in Clericorum negotio. Et hanc ipsam non
fuisse penam, sed pacis diminutionem: id est, cum ita punirentur clerici, vt
tantum de gradu suo mouerentur, relicta tamen iis Ecclesiae pace, ac pro-
inde communionem. Quae diligentius a nobis explicanda sunt libro proxi-
mo. Mirro tantam fuisse Cypriani, & Cornelii fraternitatem; atque inde
aequalitatem; vt haec permissionis postulatio ne verisimilis quidem sit. Cer-
te qui iam statuerant non consueto Romano Episcopo, pacem non dan-
dam nisi in extremis, quis credat non potuisse, quod minus est, decernere
calicem permittendum?

XLII. Denique vide hominis ingenium. Coguntur fateri plurimi Pa-
pistae: & inter plurimos Papistas, etiam Iesuitae, fuisse primis seculis vlti-
tam vtriusque speciei communionem. Imo ne alios colligam, & ipso potius
vtar testem: ipse inquam Petrus Michaelis non multis verbis interpositis,
Cypriani etate, nec in Romana, nec in aliis orbis Ecclesiae calice vt i praepro Chri-
sti necessarii porrigatur, iis tamen qui eum postulabant non negabatur. Hoc
cum ita sit, vult tamen, magnus vir iste, nobis persuasum, a Cypriano postu-
latum, vt suis daretur a venia. Itane solet apud Iesuitas dari venia eorum
vsurpandorum, quae passim licent? quae nemini denegantur? Nouum sane
genus casuum conscientiae.

CAP. XI.

Consuetudinem fuisse ap. robatam a Doctoribus.

I. Fuisse consuetudinem Ecclesiae: & fuisse longam, disputatum est.
Nunc quod superest approbatam a doctoribus: & quidem periculis
fimis Scripturarum, ac Canonum. Quamquam hoc posterius facile. Non
enim negant Papistae, qui & Papas censent summos esse Canonum condi-
tores: & a quibus Patribus defumant plurimos, vt videre est in Canonum
collectoribus: & denique Scripturarum interpretationem contendant su-
mendam ab iisdem Patribus. Superest ergo considerandum, verum ab iis
approbata, confirmataque sit, vt nos contendimus. Quamquam ne hoc qui-
dem simpliciter negatur: sed variis exceptionibus eluditur: primum in ge-
nere deinde de sigillatim.

II. Generalis Bellarminae exceptio est, vt probet nobis nihil prodesse
hunc tantum numerum Patrum. Et geminam causam profert, *Primo*, in-
quit, *quia iisdem Patribus in rebus grauioribus nihil credunt. Hoc probat, quia*
maior pars eorum Patrum apertissime doceat Transubstantiationem,
quam nos magno consensu reiciamus, Patribus omnibus contemptis. Se-
cundo, quia re vera Patres bene intellecti, nihil eorum habent, quae nos il-
lis tribuamus. Nec tamen mirandum sit, si quis eorum sit loquutus obse-
rius,

sius, cum eorum tempore non fuerit hæc quæstio introducta, sine vtraque species necessario sumenda.

III. Sed nos contra scimus prodesse nobis tam frequentem, tam constantem, tam potentem veritatis testificationem. Nam hæc vbiunque inueniatur, proficit amatoribus veritatis. Denique si Papistis obsunt, nobis non prodesse; eo ipso, quod mendacium evertant. Nam etsi nondum esset plana veritatis constitutio: tamen vel sola mendacii infirmatio gradus est ad veritatem. Obesse autem Papistis negantibus vtriusque speciei communio nem vel institutam laicis, vel etsi institutam, tamen permitteandam, eos qui & institutam, & usurpatam, & usurpandam docuerunt, quis neget?

IV. Sed nos, inquit, in rebus grauioribus nihil credimus. Concedamus tantisper: sed negamus sequi, non prodesse nobis. Scilicet Poetis Ethnicis Paulus omnia credebat in rebus grauioribus, de Deivitate, de omnipotentia, de Trinitate: de Mediatore: & similibus. Et tamen Paulo profuerunt interdum Poetæ Ethnicis. Et Iudæis ipsi nostri nunc aduersarii Papistæ omnia non deserunt, quorum tamen testimonia laudant in Transubstantiatione; Garetius, Cotonus, Coccius, alii. Denique, quis ignorat postetiam aduersariorum testimonia isdem obitici, & vtiliter, & potenter, quoties haberi possunt? Sic Paulus, *Dixit quidam ex ipsis proprius ipsorum Propheta, Cretenses semper mendaces*: primo ad Titum. Cur non eadem sit vobis ratio legitima in testimoniis Algeri, Guitmundi, Lanfranci, Thomæ Lombardi, aliorum postremæ ætatis corruptissimæque doctrinæ autorum. Ut dicamus proprios Papistarum Prophetas, Papistas testari in hoc argumento esse mendaces?

V. Veruntamen Patribus nihil nos credete, impudentissima calumnia est: nec digna nisi Papista. Nam etsi postponamus Scripturæ Sacræ, vt ex ea iudicari oporteat, quicquid dixerint, scripturarum, tamen abist, vt non eisdem consentientibus Scripturæ, non deseramus, quantum deferri potest à sobriis viris: denique quantum ipsi, voluerunt, docuerunt, iusserunt sibi deferri. Nec est quod obiciant Transubstantiationem. Hanc enim nulli Patres: prorsus nulli docuerunt: sed Patrum excrementa, posteriores Sophistæ, inuenerunt, adornarunt, commendarunt: cui rei demonstrandæ suus locus futurus est.

VI. Nihil tale habere, quale dicimus; res ipsa docebit mendacissime dictum; ab iis, qui velint omnes & cæcos, & surdos esse, ne suam turpitudinem vel videant, vel audiant. Sensit ipse Bellarmianus; propterea coactus protestari nonnihil de obscuritate. Nam hoc genus Sophistarum solet obscurum dicere, si quid occurrat in quo torquendo sit illis sudandam, colligendamque quicquid vnquam fuit, subtilitatis, imposturæ, fideiularum. Sic illis, sic Patres loquuntur obscure, perplexæ, inuolutæ, inextricabiliter. At nos, qui & subtilitatem suspectam habemus, & imposturam damnamus, & fideiularum horremus; nemo mireretur in planis non cespitare; in claris non esse morosos, in certis non hæsitare.

VII. Hæc generalia; nunc vt ad speciales descendamus exceptiones: aduersarii plerique sigillatim examinarunt enumerata testimonia, saltem multa: quæ ratio nec solidior est, aut expeditior; & tædii plena. Nam quia in tanto numero, non possunt non esse multa similia, inde nasci oportet tautologiarum frequentiam; magnam vitium: certumque argumentum deficientis iudicii. Itaque placet aliorum methodus, qui in certas siue classes, siue capita distinxerunt, tum testimonia, tum exceptiones suas: & hos certum est sequi: sic tamen, vt non pigeat aliunde atterere, si quæ forte desint.

VIII. Vasques tres classes disparauit. Vnam eorum testium, qui solum dicant populum bibere sanguinem, aut ei Sacerdotes, calicem porrigere. Alteram, qui ita tribuere videantur vitam spirituales animæ, potui sanguinis Christi, vt existimare videantur sine illo exhiberi non posse. Tertiam, qui significare videantur, præceptum esse sumendi vtramque speciem. Respondet ex primis nihil aliud probari, quam eo tempore laicis permissum; non etiam necessarium esse. In secundis negari consequentiam. In tertijs examinat singula. In hac methodo duo sunt quæ improbem: vnum quod in tertio membro redeat repetitio- num tædium: alterum; quod secundum membrum, neque à nobis assumptum sit in argumentum: neque existimetur occurrere apud vllum Catholicum doctorem. Nunquam enim Orthodoxorum fuit docere tantam esse non dico calicis, sed omnino Eucharistiæ totius necessitatem, vt absque aut calice, aut pane; aut vtroque non possit obtineri vita spiritualis animæ.

IX. Itaque placet hæc vestigijs Gregorii de Valentia; enumerantis vndecim obseruationes, quas & nos repetituri sumus, atque examinaturi ordine eodem quo fuerunt depositæ. Quamquam ne iis quidem adeo sit confusus, vt positum quæstionis statum legitime impugnaret. Nam sic ille, *Hæc, inquit, obseruationes ostendunt nihil valere illa omnia, quæ à Chemnicio & ab alijs sectariis in hoc genere collecta sunt, vt simplicibus persuadent vsum alterius speciei fuisse per se improbatum à veteribus*. Vide Sophistas. Nihil non mouent aduersus non disputantes, vt tandem aduersus nos nihil disputasse fateantur. Nam quis nostrum dixit, vsum alterius speciei fuisse per se improbatum: aut quod hoc monstri est? Atqui sciunt ipsi Papistæ à nobis tolerari vsum vnius speciei in iis, qui penitus vini gustum ferre non possunt: sciunt neutrius speciei vsum dici per se necessarium. Itaque si nihil aliud impugnant, quam quod expressum verbis Gregorii, næ illi superflue diligentes essent. Sed non est ita: tantum videri voluit non tacuisse, cum respondere non potuerunt. Et eum persuadere voluit; neque per se, neque per accidens licere plebi vtramque speciem libere, publice, ordinarie concedi; magnum se operæpretium facturos sperarunt. si plausibiliter negauerint improbatum per se alterius vsum. Quomodo ille olim se speravit plausibiliter persuasurum Germaniam debellasse, si cochleas legisset in litore Oceani. O victorias! O triumphos! Sed hoc dissimulato, videamus Gregorii considerationes.

X. Prima obseruatio est. Quarundam sententiarum eam tantum vim esse, vt vsum calicis omnibus per Christi quidem legem licitum esse, hoc est, nemini fuisse à Christo prohibitam, cum contra lege veteri diuinusus populo interdiceretur vsum quarundam rerum in sacrificiis, quibus

ta rum Sacerdotibus participare liceret. Huc pertinere Chrysoctomi hæc m lam 18. in poster. ad Corinthios. Ignatium ad Philadelphenses, Theopylactum in 11. prioris ad Corinthios.

XI. Sed hæc obseruatio bis peccat. Primo, quod comparationem illam legis veteris videatur communem facere his tribus locis; quæ tamen peculiaris sit Chrysoctomo. Nam profecto Ignatius, Theophylactus nihil habent simile; sed absolute calicem esse communem vniuersæ Ecclesiæ; æque ac panem.

XII. Secundo, quod nulla sit adhibita solutio: nullo modo, inquam, ostensum quomodo existis testimoniis non conficiatur, quod volumus confectum. Enimvero dixit Chrysoctomus nunc, id est in Ecclesiâ Christiana, aliter esse quam in Ecclesiâ Iudaica: in ista discrimen fuisse inter plebem, & Sacerdotes, quod illa non acciperet, quæcunque Sacerdotes perciperent in sacrificiis: in illa, omnia communia esse inter plebem, & Sacerdotes. Et non est contra Papistas? Nam profecto hæc saltem in parte, falsum est in Ecclesiâ Papistica plebi item vt Sacerdoti omnia esse communia. Imo vide impudentiam, quæso. Clamat Chrysoctomus, hic nihil differre Sacerdotem à subdito, cum vtrique proponatur idem panis, idem poculum. At contra Gerson, *Esset, inquit, periculum in falsa credulitate inductione: quod tanta esset dignitas laicorum circa sumptionem corporis Christi, sicut & Sacerdotum*. En mutatam Christianitatem! mutatam Christianitatis persuasionem. Id ipsum profitebantur dum Christiani: id ipsum alta voce & in amboac docebant Sacerdotes, & alta voce prædicabant apud populum: quod nunc pro magno incommodo obicitur. Nullus Gerson erat; nullus Papista, nullus Iesuita, qui velleret autem Chrysoctomo, & immanis absurditatis argueret. Scilicet doctior, cautior, imo vero magis pius Gerson fuit Chrysoctomo.

XIII. Quam solutionem Valentianus neglexit, credo explicatam aliis, negantibus si permissum fuerit communicare vtrique, ideo esse necessarium, siue præceptum: & sic Bellarmianus soluit locos Origenis in Numeros, Ambrosii ex Theodoro, Hieronymi in Malachiam.

XIV. At ego dico: si quia fuerit permissum, non sequatur fuisse necessarium: certe multo minus sequi, fuisse interdictum. Nam hæc esse opposita, ideoque se inuicem tollere. Itaque firmum saltem argumentum contra tyrannidem Pontificiam, non tantum necessitatem tollentem, sed etiam vsum prorsus interdicentem.

XV. Rursus dico, aut necessitatem asseri, populo, aut tolli Sacerdotibus. Nam æque permissum his & illis, *Æquo inquit Theophylactus, in re: Nihil differt, ait Chrysoctomus, à Sacerdote in qui ei subest*. Ergo æque Sacerdoti & plebi permittitur. Si ergo permissio tollit necessitatem plebi, tollit etiam Sacerdoti: aut si non Sacerdoti: ergo neque plebi. Tenent autem Papistæ Sacerdoti necessariam esse vtramque speciem: Ergo aut mentiti sunt illi Patres: aut æqua necessitas plebi asserenda. Nempe quam nos volumus, ex hypothese instituti sacramenti. Vt non sit absolute necesse Sacerdoti semper sanguinem Christi bibere: sed in celebrando Sacramento: & plebi similiter.

XVI. Tertio dico, vt hi loci minime omnium aut necessitatem diceant, aut præceptum, tamen vsum docere perspicue ac manifeste. Non solos profert tamen: sed alios simul, qui multi docent præceptum, ideoque necessitatem. Sic plenam esse probationem. Nam & Papistæ cum diligentissimè fuerint in colligendis locis, sibi commodis: tum vero cumulauerunt ex Veteribus, qui de præcepta mutila communione nihil habent prorsus: sed, si forte, vsurpata præceptum autem non alius repetunt quam à Concilijs suis tribus postremis. Cur nobis non id iuris: vt à multis vsum habentes; vt à multis præceptum, concludamus, & certum fuisse vsum præceptum, & ordinarium præcepti vsum? Contra Papistas, apud quos est, non tantum nullum præceptum vsum, sed etiam durissima præcepti abrogatio.

XVII. Hæc siue obseruatione, siue solutione non contentus Bellarmianus, aliter explicat Ignatium, Chrysoctomum, Theophylactum. In Ignatio primum fidem citationis suggillat. In Latinis enim codicibus, non haberi vnum calicem totius Ecclesiæ. Esse autem communem calicem, quia pro omnibus offeratur Deo. Porro, Græcis codicibus non esse multum fideandum: in quibus multi sunt errores, quod constat, si conferatur cum testimonijs apud Athanasium: Epistola ad Episcopum: Theodoretum in Dialogis.

XVIII. Sed hoc commentum indignum est Bellarmiano. Quis enim ferat opponi textui Græco vllam versionem? Adhuc Ignatium Latine habemus à veteri quodam interprete, à Brumæro, à Morellio & à Vairlemio: quorum postremum Billius, cap. 7. lib. 2. Obseruationum sacrarum, laudat omnium siue contouersia diligentissimum. Sed hi posteriores in Græco contextu nihil mutarunt, Latine quidem saltem Brumærus, & Vairlemius: nam Morellium, fateor non vidisse. Cur amplius deferamus, quæso, vni obscuro homini, quam reliquis, & quidem diligentissimo Vairlemio, & his quidem iuxta fide omnia Græcorum codicum? Sed Græcis codicibus sublesta fides? Forte, inquam: sed sinceriorne veteris illius interpretis? Hoc enim opus est dictum: quandoquidem non tantum suggillantur Græci codices: sed etiam Latinus ille quisquis est, stabilitur. Habent Græci non nihil diuersum à Theodoro, & Athanasio: esto sane: Sed vetus ille habet eandem suspicionis occasionem. Itaque si suspecti illi codices, cur authenticus iste? Quamquam hunc ego quidem censens vnum dixisse calicem totius Ecclesiæ, nullo dolo malo: sed minus expresse.

XIX. Rem videamus potius. Respondet igitur secundo, Ignatium vim facere in vnitæ calicis, non in vniuersalitate bibentium. Docere enim vnum esse calicem non autem debere, vel etiam solere ab omnibus sumi: vt hic sit sensus: cum in Ecclesiâ aliqui sumunt Eucharistiam sub specie panis, omnes illi vnum panem sumunt, non multos: & cum aliqui sumunt sub specie vini, vnus calix illis distribuitur, non multi.

XX. At ego primum obicio, etsi non faceret vim in multitudine bibentium, tamen diserte dicere panem factum, poculum distributum omnibus: nec falso: hoc autem nobis esse satis. Sæpius enim obseruatum, non tantum esse quæ primum & proprie intenduntur ab autoribus: sed etiam quæ secundario, si vera sint, ab iis petiti & posse & solere argumenta: neque hæc sibi libertatem velle præceptam ipsos aduersarios.

XXI. Rursus dico vim fieri in eo ipso, quod vnus panis, vnus calix distri-

ignatur omnibus. Apparet manifesto, quod omnes ad unitatem hortatur Ignatius, *καὶ ὅτι ὁ ἄλλος μὴ μὴ, τὸ ἐν ἑαυτῷ, & οὐκ ἐν ἄλλοις*. Ob cetero vos, *ὅτι ἕνα σῆμα, ἕνα πρῶτον, ἕνα εὐχαριστία ἕνα*. Quare? *ἕνα enim est caro Domini nostri Iesu Christi*, & quæ sequuntur. Et ergo argumentum unitatis sumptum à communione Eucharistiae. At qui hoc semper in eo positum esse notatum est, non quod esset vnus panis: sed quod ille vnus omnibus distribueretur: & sic calix. Primus Apostolus: *Quoniam vnus est panis, vnum corpus nos illi mīl: i sumus? nam omnes ex illo vno pane participamus*. Quo loco Latina editio omisit rationalem particulam: quæ ex Græce, *ὅτι planius*, inquit Iustinianus, *ratio & causa conuenientia explicetur*. Caietanus, *Coniunctio enim, dicendo omnes enim, monstrat, quod vnus reddatur prius d. h. hoc est, vnus est corpus mystici participatio vnus panis ab omnibus*. Post Paulum Dionysius, *Sancissima vnus eiusdemque & panis, & calicis communis pacis, ac tranquillitatis plena, & gratia, communio sacerdotis, diuinam eis moram similitudinem concordiamque, ut qui vna educati fuerint, lege iuncti*. Aliquanto post, *Pane qui operis erat & ineger, aperto, atque in multas partes fracto, & vna calice diuiso inter omnes symbolice, vnitate multiplicat & distribuit*. Cur non Ignatium similiter intelligamus, cum unitatem Ecclesiae velle commendare, vigere non vnum panem, vnum calicem simpliciter, sed discrete, vnum communicatum omnibus? Itaque illud, aliqui sumunt sub specie panis; aliqui sub specie vini: formidinum est, portentum est: dixit enim Ignatius discrete, vnus panis omnibus fractus, vnum poculum omnibus distributum. Id autem est; omnes qui sumunt Eucharistiam, & vnum panem sumunt, & vnum poculum: æque inquam vtrunque.

XXII. Tertio respondet, ad summum, quantumuis exprimantur ista verba, nihil aliud ex eis elici posse; nisi fuisse vsum illo tempore, cum pauci erant Christiani, vt omnibus daretur potus calicis

XXIII. Eaprestigiatorum? Quis enim neget cum pauci essent Christiani, datum omnibus calicem? At qui manifestum vel vno exemplo Christi, qui duodecim solis distribuit. Nempe hoc queritur, nugator, vtrum paucis tantum, & non plurimis significatum sit distribuendum. Et vide recordiam tuam. Sane haud aliter Ignatius est loquutus de pane, ac de calice. Ergo dixit Ignatius tunc temporis cum pauci essent Christiani, panem vnus mīl d. h. vnus. An quia distribuendum nunquam intellexit, cum auctus foret Christianorum numerus? Nugæ meræ. Imo intellexit, at quoscunque vnitas pertineret; significata per vnus panis, vnusque poculi distributionem, eiusdem competere hanc ipsam vnus panis, vnusque poculi communionem.

XXIV. Et vero, quo sensu paucos dixit Christianos? In sigulilne Ecclesie, an in vniuersis? Interpretabor. Fuit cum Hierosolymæ pauci essent, puta cum Christus institueret: fuit cum multi, puta cum Cyrillus Hierosolymitanus præfaret: Rufus fuit cum in Iudæa tantum Ecclesia esset: & cum vbiq; terrarum plurimæ. Quænam est ergo mens Bellarmini. Hæc enim; Hierosolymis distribuendum fuisse calicem cum pauci essent, inhiendum autem cum plurimi? Atqui autem cum plurimi? Atqui non factum. Nam Cyrilli ætate adhuc mos viguit. Et similiter in aliis locis puta Constantinopoli, Antiochia, sub Chrylostomo; Romæ sub Leone. An vero tunc potius cum infinitæ per orbem Ecclesie? Ne hoc quidem factum: nam opinor Chrylostomi, Basilij, Augustini ævo longe plures fuere, quam cum tyrannidem exercuerunt Patricii Constantinenses & Basilienles, vastatis pidedem populosis illis in Græcia, & ad Orientem Ecclesiis per Mahometanos: adeo vt vere dici possit, tum inductam fuisse mutuatam communionem cum numerus Ecclesiarum plusquam dimidia sui parte esset mutiuatus. Et nobis Bellarminus imponat tam facile?

XXV. De Chrylostomo respondet: vim facere in re, quæ sumitur non in speciebus, siue modo sumendi, Alioqui falsum esse discrimen inter nouam & veterem legem. Nam si agatur de speciebus, etiam nuac pō tem sumi à Sacerdote, partem à populo: cum neuter sumat integrum. Itaque in eo discrimen fuisse, quod sacrificium diuisum per partes non posset ab vno sumi totum, sed esset Sacerdotum pars potissima. At in Sacramento, totum & integrum datur singulis: nec plus habeat Sacerdos, quam laicus; licet symbola sint Sacerdotum vel plura, vel maior.

XXVI. Insto; primo morbum recurrere: quasi nunquam liceat argumentari: nisi ab eo quod præcipue author vrgeat. Secundo, contra vsum esse, vim fieri à Chrylostomo in eo quod species vtraque sit omnibus æque distribuenda. Omnino enim alterutrum esse necesse: vt vel participationem rei vrgeat, vel specierum, id est signorum. At non est rei. Nam cum sacrificia offerrentur pro peccatis cuiusque, tum ea vel pro Sacerdotibus offerbantur, vel pro populo, cum pro Sacerdotibus, tunc rei significatæ nunc erat particeps populus? & contra; non Sacerdos, cum pro populo. Quia videlicet cuiusque peccata remitti sit necesse: non populo Sacerdotis; non Sacerdoti populi. Itaque oportet intelligi perceptionem specierum, id est signorum apud Chrylostomum.

XXVII. Sed, inquit, etiam apud Christianos non omnes totum sumunt. Ita est inquam, si partem numeres. Aliter non potest fieri *διὰ τὸν ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἄλλων, ἑαυτῶν, ἑαυτῶν*. Sed tamen vnum idemque sumunt speciei. Vnde dicitur vnus panis; et si *ἑἷς ἰσθμὸς ὁ ἑαυτῶν, vnus idemque calix, et si *ἑἷς ἰσθμὸς**. At in veteri lege: non tantum non idem numero, sed ne idem quoque specie. Hoc Chrylostomus significauit; dicens, *ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἑαυτῶν, ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἄλλων, ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἑαυτῶν, ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἄλλων*. In veteri, alia Sacerdos, alia subditus edebat, nec plebi fas erat *ἑἷς ἰσθμὸς*, quibus Sacerdos vesceretur. Quid intelligis nefas vescei? Nempe, quia lex ipsa distinguebatur, quæ quantaque pars in Sacerdotis vsum cederet: adeo vt nefas esset laico eam sibi sumere. Quod si tantum intelligas de particulis: quid habes, quod in vniuersum de quocunque cibo dicas? Neque enim fieri potest vilo modo, vt iisdem tu nescaris, & aliis quicunque, siue is Sacerdos sit, siue laicus. Planius dicam: fieri non potuit vt in Dominica Cœna, eandem particulam Petrus sumeret, manducaretque; & Andreas: sed ille suam: & hic suam; vnde factum, Papistis conscientibus, vt eundem panem Christus frerit in duodecim particulis, Ianfenius, *ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἑαυτῶν, ἑἷς ἰσθμὸς τῶν ἄλλων*. Quid ergo? Dixitne aliquis aliquando Theologus nefas fuisse Andree communicare ei, qui communicauit Petrus? Minime gentium. Nam id ipsum licebat An-

dreæ sumere, nisi occupasset Petrus: cum tamen in Veteri Testamento nullo modo liceret laico sumere, quod Sacerdoti deferebat institutio. Itaque efficacissime Chrylostomus vrgebat, nulla institutionis lege prohibitum laico id ipsum sumere, quod liceret Sacerdoti: non vt totum sumeret vt: quæ contra naturam: sed vt ex eodem vterque: quod nunc nouiunc Papista, in ducedes veterem illam prædicationem: vt non tantum non possit laicus eandem particulam edere, aut bibere, quam occupauit Sacerdos edere aut bibere; sed etiam nefas sibi arbitretur eandem speciem vni dicere: quod Chrylostomus dixit esse Iudaicum, negauit esse Christianum.

XXVIII. Ad Theophylactum respondeo, inquit, loquitur Theophylactus de eo tempore, quo scripta est Epistola ad Corinthios. Edidit enim Pauli sententiam: atque id loquitur, quo Paulus in summa & breuissime dixerat. Paulus arguebat diuites qui in cœnis illis quæ tunc fiebant in Ecclesia, non dignabantur communicare epulas suas lautiores cum pauperibus. Hoc ergo arguit quasi Pauli nomine Theophylactus, & inter alia hoc argumentum adducit: non debere eos abhorre à pauperibus; quando calicem suum Christum æquo omnibus dederit, tam pauperibus, quam diuitibus. Hæc autem sententia, etiam si tunc maxime locum habuit, cum communio sub vtraque specie erat omnibus libera, tamen etiam nunc locum habet: nam & nunc pari conditione calix iste cunctis, id est, tam diuitibus, quam pauperibus conuenit: sumunt enim ex calice cuncti Sacerdotes, siue diuites sint, siue pauperes: laici non sumunt, siue diuites sint, siue pauperes.

XXIX. Loqui de eo tempore, quo scripta est Epistola prima ad Corinthios, vere dixisti Sophista, nec est quisquam, qui audeat negare: Et hoc ille habet, quod tu non possis iisdem tibi asserere. Neque enim tu Sophista, cum loqueris de interdicta integra communione, potes loqui de illo prisco tempore, cum vigerent Apostoli: vigeret Apostolica doctrina, & ex ea fides in plebe & caritas. Sed oportet fateri te loqui de hoc excremento temporum, de hac sentina mundi; in quam exoneravit se, quicquid fuit in prioribus seculis immundi; imo in posterioribus & proximis detestandi. Sed enim, quæ tibi mens est, Nam tu quidem, cum negas dari populo calicem, de tuo tempore loqueris: at non de tempore Apostolorum. Siccine ergo Theophylactus, agere quidem de tempore Paulino, at non de sequentis deinceps seculis, aut saltem suo?

XXX. Nostra quidem non interest multum: qui scimus postremis temporibus primi præscribere. Non enim vt quæ primo instituta potestanda sunt ad posteros: sic quæ postea ex cogitata, sunt in primos referenda. Itaque possemus istoc esse contenti. Sed quanta Sophistæ confidentia est? Nam Theophylacti verba sunt ita, vt arguant à præterito in futurum. *Quo pacto solus perposans de baccharis? præsertim cum tremendus hic calix, pari cunctis conditione sit traditus? Vbi illud, sic traditum, manifestum est referri non ad id, quod fiebat Corinthi, sed ad id quod factum erat Hierosolymis: ad illam, inquam, Cœnam Domini cum hoc institutum est Sacramentum. Nempe hoc supposito; quod sicut fuit iunc primum institutum, ita debeat deinceps obseruari. In hunc formam: Quod omnibus æquo iure fuit traditum; omnibus æquo iure deinceps distribuendum est: At calix fuit omnibus æquo iure traditus. Ergo omnibus deinceps æquo iure distribuendus, Si maiorem negas, frangis argumentum: nam cur non Corinthiis æqua ratio negandi; cum Papistis? Cur non eadem exceptiones: Non fuit præceptum: non necessarium: & duntaxat in eius temporis gratiam: itaque potest abrogari: & quæcunque nuac audimus. Denique & vno verbo; si tunc duntaxat; cum scriberet Apostolus, verum fuit, omnibus æquo iure distributum fuisse calicem. cui deinceps fuit omnibus distributus calix: Exempli gratia, cum clamaret Chrylostomus nihil interesse inter laicum & Sacerdotem?*

XXXI. Sed hodie, scilicet, idem verum apud Papistas: quia diuitibus æque & pauperibus vel distribuatur vel negetur. Imo, inquam, non idem verum apud Papistas; quia non omnibus distribuatur: Neque enim Theophylactus dixit omnibus, vel distribuui, vel negari: sed omnibus distribuui. Itaque tunc erat falsum omnibus diuitibus negari: quomodo falsum hodie omnibus diuitibus distribuui. Tam infortunata fuit subtilis reseruita. Quamquam aliter peccet etiam, vt qui conclusionem reponat, loco propositionis. Non enim dictum Theophylacto, calicem pari cunctis conditione fuisse traditum diuitibus, & pauperibus. Sed conclusi voluit; pari conditione tradendū esse pauperibus & diuitibus: quia pari conditione cunctis sit traditus; vt omnino laicus hoc pateat, quam illud. Sed nihil pensi est leuissimis, etiam infantilem *ἀδολογίαν* Veteribus imputare, dum sua promoueant commoda.

XXXII. Redeo ad Gregorium de Valentia, & eius obseruationes: in quibus hæc est secunda. Cum Ecclesia in genere præceptum etiam habeat bibendi sanguinem, recte etiam dici potest absolute in Nouo quidem Testamento præcipi sanguinis potum, qui tamen in lege veteri prohibebatur. Sic Cypriano satisfieri in sermone de Cœna. Huc spectate credo Bellarminum ad Origenem: vt vsum habeat populus Christianus bibendi sanguinis, non esse necesse; vt singuli de populo bibant; sed satis esse, si in Ecclesia sint aliqui, quid faciant: multa enim esse in vfu populi Christiani, quæ tamen non fiant à singulis.

XXXIII. Cur ergo negant Papista populum habere vsum conserandi? Imo cur dicunt nullum discrimen futurum inter Sacerdotes, & populum; si vtrique vtramque speciem vsurpent? Cur deniq; dicunt, licere populo distribuui calicem? Aut cui tandem sperant se persuasuros, vsum permissi populo bibendi calicis, cui tamen interdicitur?

XXXIV. Multa, inquit, in vfu sunt populi Christiani, quæ tamen non fiant à singulis. Credo, inquam: sed tum populus Christianus in discrete sumitur pro Christianis. At distraxerunt Papista, & opposuerunt populum Sacerdotibus. Hoc sensu, hoc, inquam sensu, nego posse dici in populo Christiano vsum esse id quod populo tamen Christiano sit prohibitum. Quemadmodum olim Romæ: cum Consules nulli essent nisi Patricij; non potuit persuaderi vsum esse in populo Consulatum. Denique quid iuvat cauillari. Æquo iure omnibus traditum poculum dixit Theophylactus: Nihil in eo differre populum à Sacerdote dixit Chrylostomus: totus duodecim seculis omnes inuicem ad poculū æque & ad panem: & dubitamus vtrius, quo sensu dictum sit sanguinem bibi à Christianis?

XXXV. Sed de Cypriano addit Bellarminus, non dicere præceptum, ut bibatur ab omnibus: sed tantum ut bibatur. Imo, inquam; dixit præceptum ut bibatur à Christianis. Quomodo igitur cum præceptum est ut panis edatur à Christianis: Et quomodo cum erat præceptum diem Sabbati obseruari à Iudæis: intelligimus præceptum omnibus, vel hoc Iudæis, vel illud Christianis: ita nunc de sanguine.

XXXVI. Tertia obseruatio: Quando vsus fuit calicis, recte dici potuit, omnibus illum debuisse esse communem: non quia omnibus ex Christi præcepto necessario administrandus fuerit, sed quia ab ea ratione communicandi, quam Ecclesia vnoquoque tempore recte & licite usurpat secundum institutionem Christi, nemo alioqui dignus excludi debeat. Inde explicari Hieronymum in prioris ad Corinth.

XXXVII. Recte: tum potuit dici, debuisse esse communem. Quare si contrarium contra sit consequentia: nunc cum apud Papistas nullus vsus est calicis apud populum, oportet dici, non debere esse communem. Hoc perpetuo volumus obseruandum; ut Theologia Papistica cognoscatur esse opposita Veterum Theologiæ. Porro, nemo dixit Veterum, nemo cogitauit: debere esse communem pro tempore: sed omnes simpliciter communem. Neque adeo Hieronymus, aut vllus binnio Ecclesiæ causatus est auctoritatem: sed Christi, alij exemplum, ut hoc loco Hieronymus: alij præceptum. Atqui ut accam præceptum, profecto exemplo æque hodie propositum Christianis, ac tempore Hieronymi: neque minori auctoritate. Nihil est, inquam, quo magis valeat hæc conscientia; Christus distribuit omnibus: Ergo Hieronymi tempore debuit esse communis: quam hæc, Christus distribuit omnibus: Ergo nunc temporis, debet esse communis. Et si hæc non valet: ergo ius Hieronymum imposuisse necesse est: cum causam assignauit, non causam; quod Sophistarum est. Verum, omnes pij credidit ius potius Iesuitas impostores; causam assignare non causam, auctoritatem Ecclesiæ. Nam etsi verum sit, tempore Hieronymi fuisse distributum calicem, & que ac patem; ex auctoritate Ecclesiæ: tamen distribuendi causa hæc nunquam assignatur. Verum est sane; hominibus volentibus, Solem lucere: sed non verum; hominum voluntatem causam esse quare Sol luceat: contra potius, id ipsum quod Sol luceat: causa est ut homines velint Solem lucere: nimirum quod hi voluntatem suam accommodent luci Solis: non contra lucem Solis subiciant suæ voluntati.

XXXVIII. Quare obseruatio. Cum esset in communi vsu calix, reddi potuit, omnes habere ad illum ius quoddam. Huc refert illud Cypriani ex Epistola 54.

XXXIX. Ταυθολογία. Nam verborum sonus differt à præcedenti, res eadem est: itaq; eadem modo refutanda, Cyprianus nullius Ecclesiæ, aut auctoritatis meminit, aut consuetudinis. Sed ius communionis discrete nominat: & ex eo infert calicis sumptionem; tanquam consequens. Est autem ius communionis, illud, quod censetur singuli in Ecclesia tanquam membra eiusdem corporis. Vel si velis contractius, ius participandæ Eucharistiæ. Ut sensus sit: Quicumque admittendi sunt ad communionem Eucharistiæ, iisdem distribuendum est poculum: At qui animandi sunt ad martyrium, iisdem admittendi sunt ad communionem Eucharistiæ: Ergo quicumque animandi sunt ad martyrium, iisdem distribuendum est poculum. Probat minorem; Non morientibus, sed viuentibus communicatio à nobis danda est; ut quid excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos duos esse contra aduersarios volumus, munimento Dominica saturitatis armemus. Hæc; hæc est Cypriani ratio: qui iuuat ab iis temporibus ad ista recurre; ut eius rationationis fundamentum, sumamus ab eo, quod hodie somniatur in Cameris meditationum; neglecto eo, quod ipse Cyprianus expressit.

XL. Sed profecto Cyprianum leui brachio Valentinus tractauit. Reliquos consideremus. Cypriani verba sunt, Quomodo docemus aut pronocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturus Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicamus ad ista istum? Quasi diceret, non posse. Quo nihil potuit dici efficacius. Itaque varie Sophistas exercuit.

XLI. Bellarminus confidentissime neglexit explicare, sed nobis obiter conatus est in confirmationem suæ sententiæ. Artem videte. Loquitur Cyprianus de lapsis restituendis communioni. Ergo, inquit, ius communicandi laicis datur & tollitur à Sacerdotibus. Et sicut possunt Prælati ob crimina tollere ius communicandi; ita possunt ob alias iustas causas disponere & ordinare de modo communicandi sub vna specie, vel altera. Præterea, si tempore Cypriani habuissent ius petendi calicem: certe habuissent à consuetudine illius temporis: Ergo cum sit hoc tempore contraria consuetudo introducta, & lex in generalibus Conciliis promulgata, non habent amplius ius illud laici.

XLII. At nos concedimus agi de lapsis restituendis communioni. Sed id, quia reuocabatur à nonnullis in dubium, confirmatur argumento. Quia lapsi sint animandi ad prælium redintegratum, ne labantur ut prius, sed confirmati fundant sanguinem suum. Hoc autem fieri non posse, si denegetur eis communicatio poculi. Quare etsi primum illud institutum, paulo sit alienius ab instituto nostro, tamen ei confirmando assumptum argumentum omnino à nobis est: & inde bene pugnamus.

XLIII. Ergo, inquit, ius communicandi laicis datur & auferitur à Sacerdotibus. Concedo hoc ipsum, inquam: Neque erat necesse ertere ex Cypriano, quod constat ex verbo Dei: Ergo, inquit, ab iisdem traditur vel auferitur calix. Negatur, inquam, consequentia. Et sane communicatio tolli potest & reddi, à singulis Sacerdotibus in suis Ecclesiis, ut à Cypriano in Carthagenensi: & postea tamen ius à singulis tolli, calicis, nõndum audiui quonquam Papistarum dicentem: imo nituntur omnes consuetudine Ecclesiæ, & canonibus Conciliorum. Vnde nobis negandi ratio in promptu: Nam potest quisque sua auctoritate & excommunicare, & restituere peccatorem non consulto vllò Concilio, aut omnibus Ecclesiis: At non potest itidem auferre calicem laicis: Est ergo Bellarmini consequentia absurda. Præterea, interdicare communionem, est secundum Christi institutionem: at interdicare calicem, est præter eam: imo etiam contra.

XLIV. Sed illud vehementer falsum, imo impudenter: si habuerint laici ius petendi calicem: Ergo habuissent ex eius temporis consuetudine. Si dixisset secundum consuetudinem: non pugnassem: sed ex consuetudine: ferre non possum: Nec à quoquam dictum scio; nisi Iesuita. Habuerunt illi ab institutione: ita discrete testantibus omnibus Partibus. Itaque quantumuis mutauerit postea consuetudo (quæquam non mutauit Ecclesia: sed tyrannis Papistica) tamen non mutante institutione, non potuit ius mutari: certe non debuit. Nam quid non potest tyrannis? Non enim hoc vno fuit contenta.

XLV. Tiletanus astute. Oppone, inquit, ius communicationis; violenti communicationi & extorta. Scribit enim sermon. 5. de lapsis, quosdam in grauissimam idololatram prolapsos, ante peractam legitimam penitentiam, neglecta disciplina Ecclesiastica reconciliari solere, & ad corpus Domini admitti: hos autem sic admissos dicit, non iure, sed vi communicari corpori Domini.

XLVI. Solere quidam admitti ante peractam legitimam penitentiam, etsi nunc quidem nihil ad nos: tamen aperte falsum. Non enim consuetudinem Cyprianus reprehendit, sed factum, quod tunc acciderat; ut prætextuliteratum Luciani martyris omnes indilicite peterent restitui. Cui temperari constanter seie ille opposuit, nunquam facturus, si foret ex vsu. Veruntamen & hoc falsum, hanc extortam communionem, opponi iuri huius communionis: quod vel lecto leuiter loco cuique apparebit: neque spero futurum vllum bene sensurum, qui non longe abter intelligat: concedere calicem iure communionis: quam concedere alicui communionem non extortam. Nam ita fert vsus, vti significetur causa, ex qua legitime aliquid sit. Iudic. 21. Repererunt eas ire bellantium Ruth 4. Possidere iure propinquæ. Et alias. Sic Lanonius, Quæritur, quæ iuris participatio Dominici testamenti vna pars: negari poterit, testamentum pro vtroque, in parte expectanti: iure dispensationis siue dispensandi.

XLVII. Valques, Cyprianum ita hunc effectum tribuere calici, qui tunc etiam à laicis iurebatur; ut non dicat, illum omnino necessarium esse: secum contenderet Cornelio Papa, ut iis qui publicam agebant penitentiam, iam restitueretur Eucharistia, meminisse calicis, qui tunc pro laicis in vsu erat; ut vtraque species eis restitueretur, sicut ante: non autem agere de solo calice restituendo, quasi altera species iam velletur: sed eius meminisse, quia de iis ageret, qui iterum subituri erant periculum fundendi sanguinis.

XLVIII. Non tribueret hunc effectum calici; quomodo? an ut causæ propriæ concedo. Sed quid ad rem? Nam neque Balthamus causa propriæ remissionis peccatorum. Quid ergo? Nullone modo Baptismus necessarius? Poculum fatetur fuisse causam duntaxat instrumentalem; & non nisi ex institutione. Sed nullum instrumentum; & quidem ex institutione esse necessarium, non veremur ut doceat Valques. Nam contra Cyprianus testatur, Quomodo pronocamus eos sanguinem fundere? ait. Id est, non possumus; siue moraliter, non debemus: Ergo, inquam, instrumentum est moraliter necessarium.

XLIX. Non agere de solo restituendo calice: & huius meminisse, quia de sanguine fundendo loquetur, nemo it inficias. Non video tamen, quorsum sit notatum à vafro Hispano; nisi ut aliquid saltem veri dicere videretur. Nam ad causam quid habet momenti? Quis enim ignorat suo calice non fuisse lapsi interdici: sed vtiq; signo? Itaq; vtrumque reddendum vtrique: sed sicut antea, inquit. Ridicule. Quasi vis totius disputationis in eo esset: quod tamen nusquam notatur: etsi alioquin verum sit. Enim vero etiam pacem eis restitui contendeatur, sicut antea: imo tota Eucharistia, sicut antea: tota communio sicut antea. Itaq; miror quid sibi Sophista velit: nisi forte nulli concedendum putet calicem nisi qui antea sit vsus.

L. Dissimulabon? An obiter obseruabo vanitatem Hispanicam; Iesuiticam μενεφιλολογία? Non putauit Hispanus Iesuitæ peractam fabulam nisi sui Tarpeij Iouis negotium ageret, quasi aliud agens. Contendeat, ait, Cyprianus à Cornelio Papa, ut penitentibus restitueretur Eucharistia. Videlicet non ausus rem tantam constituere, nisi volente, iubente Oecumenico Pontifice: erat enim casus referuatus, & comprehensus bulla quam dicunt in Cœna Domini. Non ridetis Lectores? non plauditis tam festiuo histioni? Sed Cypriani mentem Pamelius & nouit altius, & explicauit apud, Quam prius statuissem Africanæ Episcopi in Concilio quodam, ut lapsi non nisi dimissionem acta admittentur ad pacem, nisi sortis periculum infirmis vtrique: iam instante non a persecutione statuerunt, omnibus qui penitentiam egissent, pacem dandam, si sortis essent ad possessionis primum. Id Episcopi potum statutum, totius Synodi nomine, nuntiat Cornelio Papa Cyprianus. Id vero non est postulantis auctoritatem; sed communicantis, que iam esset constituta.

LI. Quinta obseruatio. Quoniam ministræ Eucharistiæ, non in sua sed in Christi persona Eucharistiam, siue in vtraque, siue in altera specie administrat: idcirco quando calix in vsu fuit, ipse Christus ei poterat eum præbere populo, ipsiq; fidelibus, quasi diceret, Bibite ex hoc omnes, sicut dixit olim Apostolis tradens eis: calicem non quasi fidelibus tum præcipere ipse vsus calicis: sed quia ipse tunc quidē per ministrum daret calicem ita solum Paschasij illud ex 13. c. Christus est, qui frangit hanc panem: similiter & alio est porriget eis. Et illud Liturgiæ, Dignare Domine dare nobis corpus & sanguinem tuum; & per nos populo tuo.

LII. Dicit poterat præbere populo Christus. Ita sane, inquam. Vnde tanto insignior Christo Liturgia Papistica: in qua nec dicitur, nec potest dici Christus dare populo, neque per se, neque per ministros. Qui ergo adhibet Ecclesiæ, ut fraudanda sit sui Regis liberalitate? Quomodo potest tantum sacrilegium excusari? Sed enim; eodem dictum est modo de calice, quo de pane. Nam vtrumque comprehendunt non tantum Liturgiæ Basilij & Chrystomi, Dignare Domine dare nobis corpus & sanguinem tuum, & per nos populo tuo: Sed & Paschasij, Christus est, qui frangit hanc panem: similiter & calicem. Cur ergo alio sentu de calice interpretemur dictum, quam de pane? De isto quidem in perpetuum, de illo autem pro tempore: Deinde in Liturgiis & que dicitur Sacerdote, Dignare dare nobis. Si igitur illud, dignare dare, tantum temporale est, & a vllum præceptum continet, in populo; cur magis in Sacerdote?

LIII. Quid quod magna pars testium, hoc ipsum, Bibite ex eo omnes; sic usurpant, quasi olim & ab initio dictum, ac proinde imperatum a Christo; Clarus: ex eo quod olim dictum, factum, inferunt consequens, ergo fieri debet; ergo faciendum. Quid illud est? Discant a seipsis Papistæ; qui interrogati, cur Sacerdoti sit vtraque species necessaria; non habent quod respondere, nisi a Christo sic ab initio institutum. Hocce illi dicunt hoc sensu; quod tum cum est in vsu possit dici Christus, dicere, bibite ex hoc omnes. Quid ergo miseris distrahant auditores huc illuc; sursum deorsum: vtrina eademq; verba iubeant vno momento verti, inuerti, vt deniq; peruertantur? Potestne id esse non Sophistarum?

LIV. Sed in Paschasio Bellarmino, tria breuiter obseruat. Primum, videri corruptum, Bibite, pro edite: Quia præcedat, Hic solus est, qui frangat hunc panem; & per manus ministrorum distribuitur credentibus. Secundo, non exponere verba Domini, vt sunt apud Matthæum, Bibite ex hoc omnes, sed vt videntur dici a Christo dum in Ecclesia distribuitur Sacramentum. Porro Christum per se, non per ministrum distribuisse. Neq; ea verba vt dicta in prima institutione vno modo admittere hanc explicationem, tam ministri, quam reliqui credentes: quia nulli erant ministri a credentibus distincti. Tertio, significare bibendum esse Domini sanguinem in specie panis, non specie vini; quomodo Cyprianus de Cæna Domini dixit panem manducari, & bibi.

LV. Sed corruptionem facilius est Papistis cauteri, quam sanis admittere; reclamantibus omnibus codicibus. Nam quid tum, si præcessit sermo de pane? Quasi ignoraret aliquis eandem panis edendi rationem esse in hoc Sacramento, quam vini bibendi. Itaque apud Paschasium, illud de calice nominatim dictum apud Matthæum: adscripsum fuit, etiam si panis nominatus esset; quia sic intelligendum, edite omnes; quomodo, bibite omnes. Sed illud dictum a Christo nullus refert Euangelista; hoc autem Matthæus, At Paschasius noluit ab Euangelista recedere.

LVI. Solea nec nugæ, non explicari vt sunt apud Matthæum: sed vt videntur a Christo dici in celebrando Sacramento in Ecclesia. Quasi in Ecclesia non audiantur recitari: id est ita, vt referantur verba olim dicta a Christo: ac proinde idem sit sensus hodie, qui olim: Quid hoc moostri est? Imo in Canone Romano hæc verba neque dicuntur, neque videntur dici a Christo in distributione: quia omnino non dicuntur, sed tantum in ea parte, quam consecrationem vocant: non in ea, quam communionem. Atqui in consecratione estne alius sensus, quam qui fuit Christi? Licet forte Papistis. Sed Catholici nunquam admittent.

LVII. In prima institutione nulli erant ministri. Non erant ministri distincti a credentibus. Imo non dixit Paschasius distinctos a credentibus sed a reliquis credentibus. Erant autem Apostoli prima institutione: & quamuis ipsi in credentibus: tamen distincti a reliquis credentibus: & vt hi nulli fortasse essent in mensa Domini; tamen voluit Paschasius hos solos comprehensos in verbis Domini: quomodo Papistæ ipsi comprehensos intelligunt omnes Sacerdotes. Itaque non agere ferant, si dixisset Paschasius, omnes tam Apostoli, quam reliqui Sacerdotes. Nos sane; qui cum Veteribus sentimus, etiam de pane intelligendum. Edite omnes: credimus hoc etiam ita explicandum; tam ministri, quam reliqui fideles: nec opinor Bellarminus contradixerit, si concedere velimus corruptum esse Paschasium. Denique nego eosdem fuisse in prima Cæna ministrum, a credentibus distinctos. Nam Apostoli non erant ministri illius Cæna: quia minister is intelligitur, non qui species recipit: sed qui distribuit. Quo sensu tunc solus Christus fuit minister: qui & sumpsit & aliis distribuit.

LVIII. O acumen! Sanguinem bibi in pane. Det tibi malum Iesuitæ Iesuitarum Deus Loiolæ, cum tuis istis suspicionibus. Nam quid suspicabar locum corruptum; vt locum præripes tam magno acumini? Si enim scripsit Paschasius, Edite ex hoc omnes: ergo non dixit: ne inuirt quidem in pane quicquam bibi. Veruntamen vide, ne non tam fecerit necessarii sint tanto acumini quicunque sunt hodie Romanis iudicibus hæretici: & non opposituri potius euo acumini suum aumen. Paschasium dixit: potius in calice frangi panem, Non enim in præcedentibus nominatus panis, vt sequentia probarentur: sed sequentia potius inducta vt probaretur quod prius dictum, nempe Christum ipsum esse qui frangat panem; quare oporteat illud, Bibite, explicari per frangite: non vero bibi & mutari in edite, per illud frangite. Viden, vt acumen pugnet acumini: & clauus clauo pellatur? Sic tantum aberit; vt Paschasius faucat Papistæ tyannidi: vt potius tyannidem contrariam intraret.

LIX. Catholici simplicitatem amant; acumina intempestiua odierunt: tam eorum qui dicunt in pane bibi, quam in calice manducari. Vasques cap. 6. Clemens, inquit, plane loquitur de sanguine sub specie vini: quia vtriusque verbo bibitur, quod sanguis sub specie panis proprie non conuenit. Cur non nos æque de Paschasio? Nam quare panem qui dicitur, statim bibite dicat, iam mouimus. Æque ridiculum apud Cyprianum panem edi, & bibi. Verba sunt, Qui manducat ex hoc pane, & sicut non sicut: qui bibit, vltra non sicut. Hæc Sophista sic interpretatur; quasi dictum; qui bibit ex hoc pane. Non stupent lectores? Atqui seipsum explicans Cyprianus, Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum; in hoc vino non est luxuria. Perge audax esse Sophista; & dic corruptum locum, vino inducto pro pane.

LX. Sexta obseruatio. Cum necesse sit ex præcepto Christi Sacramentum non nisi in ea materia consecrari & administrari; quam Christus instituit, consequens est, vt quo tempore calix etiam administrabatur, necessario fuerit in specie vini, non autem in sola aqua administrandus. Quod minime idem est, atq; absolute debuisse vnumquam ex præcepto Christi calicem populo administrari: sed est, debere illum tali modo, id est, adhibito vino, ministrari, quandoquaque & quibuscumque calix administratur. Ita solui Cyprianum epistola sexagesima tertia.

LXI. Idem sophistices morbus. Necessario calicem administratum in specie vini, quoties plebi administrandus fuit. Quasi non ita dem alta tam specie oportuerit in specie panis administrari, quoties a ministranda fuit. Immanem imposturam, Deus bone! Sic enim toties Baptisimum oportet celebrari in specie aquæ: quoties Baptisimus celebrandus est: Sic hominem toties constare anima rationali & corpore organico, quoties homo

faturus est. Sic Angelos constare ex substantia incorporea, quando futuri sunt Angeli. Quid plura? Sic, puto, Iesuitas constare oportet, ex superstitione & impostura, quando Iesuitæ futuri sunt. Sed quomodo qui definiuit hominem constare ex anima rationali & corpore, nunquam sperauit futurum hominem constanter ex anima bruta, & corpore truncato: alius Angelos non prouidit futuros ex materia quanta: & nos qui nunquam vidimus Iesuitas absque superstitione & impostura, nunquam putamus Iesuitas futuros non supersticiosos, & impostores: sic Patres, qui nunquam vidissent, audissent Eucharistiam absque pane & vino, nunquam præviderunt id monstrum exoriturum, quod nunc in Papistis est soleane. Ita falsum illud Comici; nihil dictum, quod iam non dictum sit prius. Erat soleane; Cælum & terra transibunt; sermones autem mei nequiquam præseribunt, Matth. 24. Nunc exclamandum.

Xante retro propera, versasq; recurrite Lymphæ.
Suffinuit Christum deseruisse fides.

Hinc Iesuitæ confidentes clamare audent: O vos qui nunc estis Christiani, ne expectate calicem. Olim factum cum distribui iustus est omnibus æquo iure: cum Christum non subiit obliuio plebis. Nunc cum nemo amicus Christo, præter Sacerdotes, quantumuis sceleratos: vos quicunque estis pij ex plebe, quantumuis nihil præter pietatem cogitatis, procul hinc, procul este profani. Alios mores, alia ætas postulat. Sed pij suspirant. O sicine in mundo Mitro mundum. O sicine in religione; quæ tota teorsum a mundo, nisi cælum nihil cogitat: nisi esse firmum; nihil perpetuum? Preh Dei atq; hominum fidem: tam esse consuetudinum mutationibus obnoxiam religionem, quam vestimentarum; aut si quid vilis vestimentis?

LXII. Sed frustra pij conuenerunt apud aures surdas, quibus religio ludus: quibus pietas nugæ: quibus religio nugæ. Quid illos ergo curamus? quid illis supplices simus? Ducuntur cæci cæcos: & decidant vtiq; in foueam. Nos dicamus, non tantum debere vinum dari, cum datur calix: sed etiam dari calicem; cum celebratur Eucharistia. Et hanc esse Cypriani mentem: ingratam Papistis fatcor: Sed quid facias? Sic sunt latronibus ingrata patibula. Verum interest rei publicæ patibula esse, vt ne sint latrones. Sic interest sarram teatam conseruari mentem Cypriani. Quanto compendio si nulli futuri essent Papistæ!

LXIII. Verum de Cypriano longe aliter Vasques; longe aliter Bellarminus. Ille Cyprianus, inquit, non habet verba illa, Et plebi ministrando: neque de hæc in tota Epistola verbum habet; sed solum reprehendit eos, qui aquam vino consecrando non infundebant contra Domini exemplum. Recitatq; ex fine epistolæ, vbi ea verba non sunt: & de ministrando calice, inquit, ne verbum quidem.

LXIV. Sed Vasquis nimium lata culpa est, qui ab epistola sine petiuit, quod est ab initio positum: vbi omnes editiones hæc habent verba discretissima. In editione Pamelij. In priore Morellij & postrema Goulartij. Neque ab vno alio suppositionis insinulata. Nimirum Vasques Ceruæ Æsopicæ similis; quæ vnum quem habuit oculum auerteat a litore, vnde ei pernicies fuit. Ea vobis Iesuitarum compendiosam in disputando methodum.

LXV. Bellarminus negas agere Cyprianum, oporteatne calicem populo præberi, an minus: sed tantum, vt si ministratur, ex vino misto, non ex aqua sola constet.

LXVI. Ita est vero, inquam: fuit hoc propriè autem Cypriano. Nam cur disputasset, quod nemo profus in controuersiam vocabat? Sed tamen ab audacia Iesuitica, illud si ministratur: quæ vere restari possum apud Cyprianum nulla esse. Nec sane Cyprianus suis illis aduersariis A-quariis audacior, vt reuocaret in dubium, quod non auderent illi vellicare, contra tam vniuersalem Ecclesiæ consensum. Quod, inquam, primus in disputationem vocasse legitur Thomas: tot post eum seculis. Et verò vide verba, In calice & Dominico sanctificando, & plebi ministrando. Attendite. Si ista, in plebi ministrando, significent, si plebi ministrandum hæc non significant quoties Eucharistia ministratur, esse ministrandum plebi calicem: Certe ista, in calice sanctificando, significabunt, si calix sanctificetur: & hæc non significabunt, quoties Eucharistia sanctificatur, calicem esse sanctificandum. Placetne o subtilitatis delicia, Iesuitæ! O humano generi delicatissima societas?

LXVII. Septima obseruatio. Quia Sacramentum hoc æque est efficax in specie vini, atq; in specie panis: ideo etiam quando calix in vsu fuit, verissime a Patribus dici potuit, illum esse salutarem omnibus, itemq; in eo vtraque panis commemoracionem mortis fieri, illiusq; fructum repræsentari; quo etiam figuras qualdam veteris legis impleri. Neque vero inde consequitur, Patres sensisse calicem vsu esse etiam absolute ex præcepto Christi omnibus necessarium: quemadmodum neque sequitur, quotidie Sacramentum istud omnibus necessarium esse, eo quod quotidie sit & datur a Patribus maxime salutare. Multa sic solui testimonia Cypriani, Ambrosij, Hilarij, Augustini, Remigij, Chrysostomi, Gregorij.

LXVIII. Eaturus tibi. Quando calix in vsu fuit. Nunc enim, opinor, contra est verum, non esse salutarem, non ad commemoracionem mortis Christi, non huius fructum repræsentare; non implere figuras veteris legis. Vno verbo perisse; quicquid olim erat efficacia calicis salutaris. Adco, pro pudor, religio mutauit Christianam: tam procul recessit ab initiis suis. Et nos Papistarum quisquam Nouatores indigeret?

LXIX. Sed enim nobis argumentum nullum est eiusmodi: Calicis vsus fuit salutaris olim; ergo esse perpetuandum. Quasi necliamus Circuncisionem olim, id est, vt loquuntur Veteratores Papistæ, quando fuit in vsu, fuisse itidem salutarem. Quid alia persequar non pauca: Itaq; imponunt homines otiosi, & suæ conscientie negligentes, alienæ prodigi; nobis, inquam, perfide imponunt, cum huiusmodi fingunt argumenta, quæ nostra nulla vnumquam fuerit Respondeant categorice. Laudaruntne, an non Patres, illum sui temporis vsu? Nam hoc sufficit. Cur non, si satis fuit Constantiensibus illis, & Basiliensibus laudata doctoribus consuetudo noua, vt haberetur pro lege?

LXX. Præterea, etsi non sit necessarium absolute, propterea quod sit salutare: tamen verum est, non esse prohibendum, si sit salutare. Est enim inauditum recte ratiocinantibus: non tantum id quod est salutare, sed etiam id quod sit non noxium, prohiberi absolute, id est, omnibus.

Apparet in ipso exemplo communionis quotidiana: hanc enim nunquam quicquam Catholicus hactenus improbauit aut prohibuit: quid Catholicos dico? Ne Papistæ quidem, Vide igitur Iesuitæ *duo negotia*: Quotidianam communionem, et si neget necessariam tamen non dicit prohibitam: At communionem calicis, quantumvis salubrem fateatur, tamen vult non tantum non necessariam, sed etiam prohibitam.

LXXI. Octaua obseruatio. Possè dici potum sanguinis necessariam esse ad vitam spiritualem, non tamen respiciendo ad modum sumendi, in porabili, sed ad rem & veritatem perceptionis, itemque ad effectum huiusmodi potus: quæ duo communia sunt speciei panis, vt quæ eundem effectum gratiæ salutaris habeat, & re ipsa etiam sanguinem contineat. Sic explicari Augustinum quæst. 57. in Leuiticum.

LXXII. Concedo hæc omnia. Neque enim habuit à nobis obiectum aut hunc Augustini locum, aut simile vllum argumentum. Nam qui agnoscimus non profert legitime locum illum Iohannis, *Nisi manducaueritis id non possumus ex potu spirituali concludere necessitatem potus Sacramentalis*. Et sane quæcumque in dicitur sunt testimonia, loquuntur omnia de manducatione, deque potatione Sacramentali. Ludens igitur Sophista huc pariturus est. Taceo, ne suis argumentis nostram causam stabiliat: neque nos eius indigemus opere neque hæc inquam speranda alia, quam quæ potest esse præuicatoris: aut etiam serpentis in situ.

LXXIII. Bellarmino hoc idem solutiõnis applicat non tantum Clementi Alexandrino, dicenti, cap. 2. secundi de Pedagogo, *Bibere sanguinem Iesu, est participem esse. ne corruptio eius diuina: sed etiam Tertulliano de Resurrectione carnis. Quoniam sanguis Domini non det incorruptionem; quia bibendo sumatur, sed quia sumatur. Vim enim esse in ipso sanguine, non in modo bibendi, Et sanguinem vere sumi sub vna specie. Vult tamen insuper obseruari dixisse Tertullianum; nos sanguine vesci, non autem bibere sanguinem. Nos autem vesci sanguine, cum sumimus per modum cibi sub specie panis.*

LXXIV. Respondet de Clemente, idem quod iam de Augustino: siue eum Bellarminus à se induxerit, siue apud quempiam ex nostris legerit. Vere enim non puto ad hanc rem esse. Sed de Tertulliano, aliud iudicium. Omnino epim iste loquitur de usu potus Sacramentalis; id est, quatenus Christi corpus editur sub specie panis, & sanguis bibitur sub specie vini. Patet ex serie; quia vt probet resurrectionem carnis, profert priuilegia corporis in Ecclesia Christiana, *Videamur, inquit, nunc de propria etiam Christiani nominis forma, quanta huic substantia fridola ac sordida; apud Deum prerogatiua sit. Paulo post: Sed caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro & sanguis, vt anima consecratur: vt anima spiritu illuminetur: Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima de Deo saginetur. Vel cæco patet distingui quæ corpori fiunt, ab iis quæ inde accedunt animæ; vt in Baptismo, non potest ablutio in corpore aliter intelligi quam de externa actione; non item in reliquis vnctio, signatio, abumbratio; Cur segreges passionem? Atqui non potest corpus vesci vel ipso corpore, & sanguine Christi, nisi per externam actionem. Itaque perfide torqueatur eius verba, ad alteram sumptionem; quæ non fit nisi per animam; sic enim nullum esset in Eucharistia corporis priuilegium; quod tamen Tertullianus vrgit.*

LXXV. Enimvero pulchrum est Sophistia in verbo vescendi, & vere dignum Bellarmino, *Vescitur corpore & sanguine Christi*: ergo vtrumque sub specie panis. Quid ergo Bellarmino? Quis tibi persuasit, vesci, non nisi in cibis esse solidis: Ne ille te magno pretio docuit, quod vilis multo poterat à te ipso obtinere, vt nihil scires. Nam vesci, ne neficias, commune est tum escæ, tum potui. Vin probati? Moneri satis putabam. Sed en tibi testem Ciceronem; quantum illum in lingua Latina! secundo de Natura Deorum; *Non vescis, & nectis, & ossibus conuincitur: nec iis escis, aut potuibus vescuntur, vt aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant.* Scilicet hoc mysterium Cicero diuinauit, potum sumi sub specie solidi cibi. Quid? quod ab Nonio audimus, *Vesci etiam significat vti; adhibitis multis exemplis; Vergilij, Si vescitur aura athenæ. Lucretij, Cooperit inter se vesci per nomina rerum. Pacuij, Qui arte hac vescimur, vescatur armis.* Quid noui, quid miri, si Tertullianus idem dixerit, vti sanguine, & vti corpore.

LXXVI. Et fateor tamen interdum phrasibus nouis luxuriare Veteres. Inde enim apud Paschasium legas c. 20. *Illo prius cibo interior noster homo inebrietur: vbi si proprietatem sermonis obleres; incogitantem queat dictam videri inebriati cibo, quod nunquam factum.* Quare sic et Paschasio nullius concludit, sola sub vini specie corpus Christi existatum: sic puerile est, ex vno hoc Tertulliani loco nugari de potu sub specie panis. Quanquam nihil est quo cogamur huc confugere.

LXXVII. Denique quid hic vni proderit, si maxime conuincatur res tam diuersas loquendo confodisse; cum mille alij diserte distinxerint? Cytillus? *In specie panis datur tibi corpus: in specie vini datur tibi sanguis.* Basilus, *Et comedere corpus Christi, & bibere sanguinem.* Chrysostomus, *Tu comedas corpus Christi, tu bibas sanguinem.* Iulius, *Sed sum panem, & seorsum calicem commendati commemoratur.* Hilarius, *Hæc accepta & hausta.* Ambrosius, *In edendo & potando carnem & sanguinem significamus.* Augustinus, *Carnem Christi manducatis & sanguinem bibitis, De mensa Domini manducatis; de calice bibatis. Manducatis & bibitis tempo aliter Sacramenta.* Non colligam onia repetendo. Scilicet vnicus iste loculus, nec certus, præponderabit totam distinctis, & disertis. Vt Iesuitatum *quædam*.

LXXVIII. Nona obseruatio. Etsi Patres quandoque significantum demum ex omni parte complete & perfecte communicari, quando vtraque species vsurpatur, vt fiat expressior significatio effectuum huius Sacramenti: tamen non ideo censuerunt necessitatem communicandi sub vtraque; incumbere etiam qui non conficiunt. Est enim horum longe dispar ratio; nec tenentur ipsi omnino perficere id Sacramentum, quod non conficiunt. Hæc autem solui illud Laurentij ex Ambrosio, *Cui consummatorum mandatorum consortium Sacramentorum commisit huius consortium tui sanguinis nugas*; Item cum alias appellatur complementum communionis; credo à Iulio Papa, siue Concilio Bracarensi.

LXXIX. Quid illud est, quæso, ex omni parte, complete, perfecte communicari? Quid est expressior significatio? Nam hæc phrasæ nunquam ego quidem apud Patres legi. Credo Iesuitas legisse in Camera meditationum: & hinc factos oculatores, vt vel pilum capitis partim conetur: sperantes persuaderi posse multum interesse, inter complete perfecteque: & omni ex parte complete, perfecteque, Et se vt in votis paupertatem altam, altiore, altissimam; ita in Sacramento posse significationem comminisci expressam, expressiorem, expressissimam. Patiamur eos agere nugas inagacillimas: dum ne nobis inuideant hostiam sagacitatem in deprehendis imposturis.

LXXX. Patres simpliciter loquuti. Sacramenti partes duas agnouerunt, panem & calicem: & in vtraque agnouerunt consummationem, complementum, integritatem Sacramenti: in vtraque vsum commune. Apparet ex Laurentio cui Diacono incumberebat distribuere calicem, non Sacerdoti, sed plebi: cum prior Sacerdos distribueret panem. Sibi igitur eo sensu commissum dixit consummare Sacramentum: quod scilicet Sacerdos inchoabat. Inde nos merito dicimus Sacramentum distributum absque calice esse: in inchoatum. Iulius dixit à nonnullis datam intinctam pro complemento communionis, & reprehendit & iussit secundum institutionem dari seorsim panem, seorsim vinum: Ergo rursus Sacramentum incompletum est sine calice. Dixit denique Gelasius, aut calicem sumendum; aut etiam à pane abstinendum: id est; integrum Sacramentum accipiendum, & prorsus non sumendum. Quare Gelasius iudice, communicatio vnus species non est integrum Sacramentum. Id si Iesuitæ est, ex omni parte perfecte, completeque communicari, Esto sane: sin est aliud aliquid, sibi canat & musis.

LXXXI. Non censuerunt, inquit, necessitatem vtriusque speciei incumbere iis, qui non conficiant. Atqui ego, ne erris, quid censuerint abs te non quæro: qui dixerint, audib. Audio loquutos de communionem plebis: De hac loquentes, negare plenam esse absque calice. Et supponere plenam esse debere. Esto quantum voles disparatio plebis, & eorum qui conficiant: At ego securus tui, tuorumque Sophismatum concludam, censuisse necessitatem vtriusque speciei incumbere plebi; & hoc sensu eos qui non conficiant, teneri omnino perficere Sacramentum.

LXXXII. Bellarminus de Iulio, siue Concilio Bracarensi tertio respondet; recte prohiberi intinctam, sed non addere debere dari vtramque speciem. Et tamen si dicat, loqui de eo tempore, cum libera esset communicatio sub vtraque specie. Tulerat plenius: vel ad suorum temporum consuetudinem respexisse, in quibus populo vtraque species dispensabatur, vel ad Sacramentorum significationem.

LXXXIII. Imo falsum, non addere debere vtramque speciem: Nam qui populo negat tradendam intinctam pro complemento; sed seorsim panem, & calicem: is profecto, aut nihil dicit, aut iubet populo tradi pro complemento potum seorsim. Quod si pro complemento hanc speciem, ergo vtramque. Nam hæc complementum libera nequit, nisi supposito pane in antecedentem dato. Loqui de tempore cum libera esset vtraque species: partim verum, partim falsum. Verum, si intelligat liberam vtramque, eo quod liceret vel vtramque sumere, vel ab vtraque abstinere, quæ nulla nunc controversia est. Falsum autem, si liberum ab alterutra abauerit alteram sumere. Est enim contra, id quod iam de complemento dictum. Verum est etiam respexisse ad significationem Sacramentorum: non enim potuit aliter: cum sub genere Sacramenta signa sint. Itaque etiam nunc ita oportet, & esse & dici.

LXXXIV. Decima obseruatio. Cum Sacramentum istud in vsu demum vtriusque speciei habeat suam quamdam perfectionem indiuidualem & complementum; licet nullo diuino præcepto necessarium sit administrare illud omnibus secundum eam perfectionem & complementum: tamen errorem omnino esse, putare illud in specie panis vel sola prorsus, vel etiam intincta, perfecte omni modo & complete administrari: & refutari ex institutione. Sic solui Iulium, siue Bracarense Concilium tertium.

LXXXV. Papa: importunum hominem Iulium illum; qui tam occupato homini bis faceret negotiū. Aut ego infelix, qui vitaturus τρωπολογίας delegit huius Iesuitæ methodū. An idem in orbus Iesuita cepit, qui præsidem illum Tridentinū, subinde repetentē, *Abige canem?* Sic credo: Nam hic iterum, *perfecte, omni modo, complete administrari: & necesse administrari omnibus secundum eam perfectionem, & complementum*: quæ delicia fuerunt præcedentis obseruationis. Hoc noui saltem, *perfectiorem indiuidualem, & complementum spiritus aliorum*, aut si quid inanius. Iulius voluit, Iulius dixit; siue Bracarense potius Concilium; completi communionem populi vtraque specie. Tu arrolare quantum voles: nos dictis stabimus.

LXXXVI. Vnde decima obseruatio. Manichæi & Priscillianistæ vñum abominabantur: qua propter Sacramentum non nisi in specie panis vel conficiebant, vel vsurpabant; arbitantes speciem vini ad illud nullo modo pertinere. Hos à Leone reprehensos, & Gelasio: non autem ipsam per se vsu alterius speciei.

LXXXVII. Sane de Manichæis loqui Leonem non est incertum: Gelasium non nisi verisimile: nam alioquin eius verba latius parent; quæ duntaxat superstitioem quandam nominant: mollius nomen quam congruat hæresi Manichæorum: tum autem Manichæos, non tam male Gelasius notat, vt diceret, *nescio qua superstitione docentur astringi.* Vbi Glossa, *Diis se nescire qua superstitione hoc faciebant.* Et sane Vasques negauit hæc explicationem extremis contentus partibus posse conuenire; quibus causa decreti redditur. Veruntamen nostra quidem causa; esto sane; & Leonis copuletur Gelasius. Quæro huius quod nam sit obseruationis momentum.

LXXXVIII. Damnabant, inquit, Manichæorum morem. Scio, in quæ: nam etsi Cyprianus Aquariorum, & Iulius, intingentium: sed & Chrysostomus negligentium. Denique nihil noui: si suas reprehensiones Episcopi suis accommodent temporibus. Ex comparatione autem Cyprianus, Chrysostomi, Leonis, intelligimus, non Manichæorum duntaxat morem esse indignum Ecclesiæ: sed etiam Aquariorum, intingentium, negligentium. Cur non etiam nostrorum mutilantium? Imo, inquit, non damnant hunc morem. Fateor, inquam: nam nec Cyprianus, Chrysostomus, Iulius, Manichæorum. Quid ergo si Leone respondissent Manichæi, se non esse damnatos ab illis: Fuissetne legitima excusatio? Hoc habemus in vniuersis, hoc tenemus constant.

constantem; displicuisse cum Leoni, tum Gelasio communionem solius panis confirmatam esse tum Leone tum Gelasio communionem vtriusque speciei: unde iis propriis concludimus hanc esse retinendam; illam profligandam: si verum longam Ecclesie consuetudinem probatam a doctoribus, esse habendam pro lege, prout factum Constantie & Basilee.

LXXXIX. Verum magnus observator nondum absoluit observare. Observandum, inquit, Manichaeos nunquam se simulaturos fuisse ea ratione Catholicos, nempe sumendo alteram tantum partem, nisi aliquando factitatum a Catholicis fuisset.

XC. Ea ratione simulasse Catholicos, quod panem tantum sument? Absurdum, inquam: Nam quomodo eo ipso potuissent deprehendi? Nunquam tam ridicule aut sensu, aut loquutus est Leo. Certe apud Papistas omnes essent hodie Manichaei: aut certe nemo Manichaeus hoc signo deprehendus esset. Mentior? An verum exemplo Marranorum Hispanorum? Nam hi dicuntur a Turcis habere fugam vini: & tamen coacti propter inquisitionis metum, ad communionem accedere. Itaque certum potius; omnes Catholicos solitos vtramque speciem sumere: atque inde deprehensu faciles Manichaeos. Sed quomodo tamen Catholicos simulabant? Nimirum quia sumentes panem, viderentur communionem esse Catholicam; atque inde sperarent se pro talibus haberi: latere autem facile non accipientes vinum: videlicet, quia non ab eodem Sacerdote, non etiam eodem loco vinum sumeretur, sed a Diacono separatim: unde accepto pane, interim dum ibatur ad calicem, fuit facile sese turbae immiscere, atque ita latere. Itaque iussit Leo observari: quod prius neglegebatur.

XC I. Gelasius autem, quid? Notandum est, quos dicat mysterium sacrilege diuidere: Nempse illos, qui ex superstitione illa Manichaeorum. Ita sane, inquam: non enim poterat alter legitime damnare Manichaeos: nisi scelerate diuisissent Eucharistiam. Quomodo cum Leo diceret peccati ieiunando in honorem Solis, ac Lunae: nunquam inde Manichaeos damnare potuisset; nisi pro certo habuisset eisdem ieiunare in honorem Solis & Lunae. Sic quicumque dixerit hominem esse animal rationale, nunquam concludet Petrum esse animal rationale; nisi credat Petrum esse hominem. Dic ergo clare: censura Gelasium Manichaeos accusare sacrilegae diuisionis; vt nullam praeterea diuisionem huius mysterij censeret esse sacrilegam? Quasi si Leo diceret nullum ieiunium in honorem Solis & Lunae esse damnandum, praeter illud Manichaeorum; quasi quis contenderet nullum hominem esse rationale, praeter Petrum? Nam dum ne hoc iudicij portentum dicas, nihil est quod contadicamus; sed tu si hoc iudicij portentum non fingas, nihil est, quo a nobis Gelasium abducat. Erit enim maior vniuersalis: Omnis diuisio mysterij, id est, omnis communicatio alterius tantum speciei; est sacrilega: Ceteris verbis, Vnius in demq; mysterij diuisio, sine grandi sacri: ego peruenire non potest. Quo sensu Glossa, Hoc de speciebus ipsi exterioribus intelligitur, impossibile est enim corpus Christi sine sanguine sumi & vice versa.

XCII. Nunc reliquum videamus audaciae. Concise Gregorius, Fidelibus in desertationem eiusmodi erroris, communis tam erat usus calicis. Audacius & explicatius Petrus Michael, Quod postquam a Pontificibus compertum est, nec sic errare Manichaeos, iustissima sane ipsis suppeditata causa est, errorem hunc stirpitem extirpandi, blasphemosque Manichaeos a Sacramento: ut percipione arcendi, vtriusque speciei tantisper frequentandam imperando, vt quidem ipsorum non dubie declarant scripta, quantum huius erroris nondum penitus sublata essent occasiones, pristinaeque sine periculo redderet libertas alteram, ambobus percipiendam. Senlus est, deprehendendos fuisse Manichaeos, non ex usu Ecclesiae, sed ex peculiari constitutione tunc facta ob eam causam: vt in bello si quando cessata sit ab hostibus intercepta, sumitur altera, ne fraus fiat exercitui ex parte. Sed omnia discretissime Suares a Sancta Maria, Gelasius Pontifex qui Christi nam in ea astate regebat, vt ab haereticis Catholicis discernentur, conueri Ecclesia filij agnosca possent, decreto est: in modis sanxit, vt fideles corpus Christi sub vtraque specie susciperent. Hardingus, Hac de causa in Italiam partibus, in quibus Manichaei virus suum euomuerant, communicatio sub vtraque specie instituta, atque redintegrata praecipua fuit.

XCIII. Non opus est multis, contra tantam, tam apertam audaciam. Si propter Manichaeos Romae delitescens conditus fuit Canon: Ergo non oportuit primum reddere causam generalem: quae non Manichaeos magis attingeret, quam alios quocumque. Atque id est quod Valques negauit hanc solutionem extremis conuenire. Secundo, non oportuit aut prius extitisse eam consuetudinem, aut posterius, aut alibi. At valuit, & ante Leonem, atque Gelasium: & post Manichaeos, & vbi que retractum: Ergo suppositio est falsa. Fuisse ante Gelasium; patet ex Leone: Fuisse ante Leonem patet ex Iulio, ex Hieronymo; ex aliis. Fuisse ante Manichaeos, patet ex Iustino, & Ignatio: & vt omnes taceam, ex Paulo: Fuisse post Leonem, & Gelasium, atque adeo post Manichaeos; probatur, quia non tantum Gelasius Roma expulsi, afferente Hardingo & Gregorio de Valentia; sed etiam nullo modo verisimile est fuisse vllis eius nominis haereticos Romae postremis seculis, vt Bernardi, Algeri, Guitmundi, & tate. Valuisse alibi quis neget, qui suffragia legat, ex omnibus Christianitatis partibus? Denique neque Leo, neque Gratianus vllum habent vel tenuissimum iudicium, cuiusquam recens instituti. Contra quam Suares a Sancta Maria scripsit. Extinctis haereticis ista Ecclesia ad priorem communicandi usum sub vniuersa specie rediit. Nam prohi fides; quum audiret quis, observandos eos qui vna specie communicant, ausus esset interpretari, Vos deinceps vtrique communicate? Quis audirens. Vnius mysterij diuisionem non posse sine grandi sacrilegio esse, concepiat quasi dictum: Nunc recens, & hanc duntaxat ob causam iubeamus non diuidi mysterium? Profecto necesse est Iesuitis esse aut immanem sui confidentiam, aut infinitam aliorum omnium despicientiam, quae hanc potenda audeant publicare.

XCIV. Sed si communicatio vtriusque speciei pro necessaria institutione, & mandato Christi habita, atque generaliter, & inuolubiliter, vbi que & semper sine exceptione obseruata fuisset; quorsum Gelasius decretum hoc de integra Sacramentis accipiendum fecisset? Quasi vero, inquam, quous decretis nunquam sanciantur vetera instituta? Certe negant. Quae

dragesimam institutam a Telesphoro, qui, teste Platina, iussit vt septem hebdomadibus ante Pascha ieiunium obseruaretur. Deinde verba ipsa docent; non iussisse, vt inciperent nouum communitandi morem: imo vt nouum recens inductum omitterent, tanquam sceleratum. Nam quis vquam sperasset haec verba: Comperimus quosdam sumpti a tantum modo corpora sacri porione a calice sacri troru abstinere: quis, inquam, haec sperasset interpretanda; comperimus omnes abstinere?

XC V. Longe celeberrima haec alia solutio est. Gelasium de Sacerdotibus loqui. Sic iam olim Glossa Decreti: sic Tuarecrenata: & Bellarminus, Haec solutio, inquit, ex eo probabilis redditur, quod Gratianus, qui ex Epistola Gelasij, quae modo fortasse non extat, capitulum illud desumpsit, hunc ei praefixit titulum, Corpus Christi sine eius sanguine Sacerdos non debet accipere.

XCVI. Imo, inquam, Gratiano prior Iuo Carnotensis, vnde verisimile Gratianum sumpsisse canonem, vt multos alios, hunc praefixit titulum, parte secunda, cap: 89. Non esse secundum corpus Domini sine calice. Itaque verisimile, Gratianum infideliter contraxisse. Quod item dicas ex aliis testibus antiquioribus Gratiano, Nam Algerus de Sacramento libri secundi, capite octauo, habet ia hunc modum; Vt signetur animas nostras in corpora, anima Christi: & corpori vniuersi, & confirmari debere, simul corpus & sanguis sumi ut a fidelibus. Et paucis interpolitis: Vnde, vt ait Augustinus, nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur. Item Gelasius Maiorico Episcopo, comperimus quod quidam: & quae sequuntur, Algero, imo, & Iuone Micrologus antiquior, disputans, Intructam non dandam populo pro complemento communionis, cap: 19. Vnde & beatus Gelasius Papa in ordine quinquagesimus primus, scribens quibusdam Episcopis, excommunicari illis praecipit, quicumque sumptio corpore Dominico a calice participatiue se abstinere. Nam & ipse in eodem decreto asserit: Huiusmodi Sacramentorum diuisio sine grandi sacrilegio prouenire non poterit, Solitarius Bellarmino testis Gratianus: Plures nobis, & ille antiquiores: & qui epistolam aequae potuerunt videre. Et hi non praevalebunt?

XC VII. Atque hactenus a Gregorio mihi praescriptus ordo obseruatio: qui tamen quantumvis diligens videri voluit, omisit nonnulla; quae alij non putauerunt negligenda. Iustinus manifeste expressit morem sui seculi, vt communicarent omnes vtrique speciei: & addidit postremo, fuisse a Domino mandatum. Respondet Bellarminus haec de precepto verba, non pertinere ad communionem, sed ad consecrationem; quae iis verbis propinquior. Valques, Nullum aliud praecipuum agnouisse, quam illud, Hoc facite in mei memoriam.

XC VIII. Insto. Etiam si hoc de precepto verum esset, tamen constare factum, de quo disputamus, & in eo vel solo magnum esse momentum: quum & seculi fuerit propinquissimi Christo; & rursus describatur vniuersalis, non deicit eum qui Apologiam scripsit pro Christianis. Deinde idipsum non est verum. Primum, quia nihil obstat, quominus haec verba postrema, & totam orationem claudenda, pertineat aequae ad communionem, quam ad consecrationem; quas duas partes vel Bellarminus agnoscit eius sermonis. Et vero, quae sequuntur argumento sunt; quia cum hoc ipsum praecipuum explicat, non consecrationis tantum mentio est, sed etiam traditionis; quae dolo malo rescidit Bellarminus Audi, Apostolus: communitatis se scripsit, qua Evangelia docentur ita tradidit praecipit: sibi Iesum. Eum in pane accepto cum gratia passus, dixisset, Hoc facite in mei recordationem: Hoc est corpus meum: Et dolo similiter accipit; & gratia actus dixisset, Hic est sanguis meus: qui vobis ad vitam accedendum; ac iohannes ipse tradidisset; nempe ea, vt addidit interpres Iohannes Langus, id est, tum panem, tum calicem. Denique, illud etiam, Hoc facite, non tantum consecrationem significat; sed etiam distributionem; vtriusque docuimus; neque ipsa consecratio seorsim explicatur; sed continet in se praecipuum communionis, Accipite, edite, bibite.

XC IX. Dixit Augustinus, simul omnes bibere, quia simul omnes vuant. Negat Bellarminus sequi necessitatem sumendi sanguinis per modum potus. Quae non sequatur: Non simul bibimus: ergo non simul sumimus.

G. Sed, inquam, semper constat Augustini testimonio calicem simul omnibus distributum. Dixit enim, simul bibimus, quod nunquam non habent Papistae: nos vero confidenter cum Augustino: itaque similior nostra Ecclesia, Ecclesiae Augustini, quam quae Papistarum est. Deinde eadem ratio erit panis. Haud enim sequitur; Non simul edimus; ergo non simul vnumus. Ergo ne nulla necessitas panis? Nulla quidem absolute, sed aliqua tamen hypothetica: nempe supposita Eucharistia. Eadem ratio vniuersa est.

CI. Gregorius dixit Christi sanguinem non in manus infidelium, sed in ora fidelium fundi. Respondet non negari sumendum sanguinem ore corporis: sed bibi debere ore corporis, aut sub specie vini sumi, non dixisse Gregorium.

CII. Sophista; quid est ergo fundi? Nam hoc verbo vsus Gregorius hoc loco: non sumi, in quo tibi latebrae. Si fundi; Ergo sub specie vini sumi. Nam quis sic de pane loquutus?

CIII. Dixit Paschasius: Ne caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur. Et eadem verba nomine Augustini recitauit Algerus, ac post eum, quidam nostrorum fortasse. Negant Bellarminus & Valques esse Augustini sed Paschasij. Deinde Bellarminus negat Paschasium lequi de speciebus, sed de re contenta: docereque non posse sumi carnem ex sanguine, aut sanguinem sine suo corpore; & illum non iure et in nunciate, qui sentiat vnum sumi sine altero.

CIV. Sed de auctore, vitiis occupatissimis disputandi gratiam facimus. Esto sane Paschasij, temporibus longissime remoti ab Augustino; vt tanto constet magnificentius, non vni us aetatis fuisse. Quamquam sciunt, quicumque Paschasium legerunt, opus esse illud latum, artificiosum compactum ex variis, tum aliorum, tum vero maxime Augustini sententiis; vt ne cuiquam sit absurdum, haec non esse ab ipso Paschasio. Et sane non est nullum momentum in auctoritate Algeri. Sed perinde esto nostrum quidem causa.

CV. Sed non loquutus est de speciebus. Imo difficile responsum, inquit Valques: cuius verba placet Bellarmini verbis opponere, vt dum canes inter se rixantur, nos rideamus: Nam Algerus ostendit in eo casu, quare sanguis & caro Christi potest separari, hoc est, in diuersis partibus consecratur.

cum tamen totus Christus in qualibet specie sit: & respondet, non id fieri, quia credendum sit, corpus ex sanguine sub speciebus panis contineri, cum ibi totus sit Christus: sed id fieri in memoriam passionis, & de caro nostra, & anima uiuificetur. Et postea: Sente ergo ideo sub duplici specie sum Christum, ut uiuificatio corporis ex corpore Christi, & anima nostra ex anima Christi, cuius sedes est sanguis significatur & exprimat: quamuis totus Christus uere uiuificatur secundum animam & corpus sub specie etiam panis contineatur. Hanc uero suam sententiam confirmat testimonio illo Paschasij, & Gelasij Pape. Id quod in confirmationem sua sententia non adduceret Algerus, nisi de sumptione sanguinis in propria specie ad integram significationem Sacramenti seruandam loqueretur. Et nonnullis interpositis, Eodem modo loquitur Paschasius. Nam quamuis capite decimo septimo solum loquatur de fide, qua sumendum est hoc Sacramentum, uel si cet corpus sine diuinitate, nec diuinitas sine corpore credatur, quando sumitur, tamen capite illo decimo nono de sanguinis perceptione in calice aperte loquitur. Nam primus titulus capitis est, corporis simul & sanguinis perceptionem nobis ad salutem esse necessariam. Et initio capitis de sanguine Christi in calice simul cum corpore sub specie panis sumendo, ita loquitur: Patet sensus, quod iam caro frangitur: quia sanguis est in calice, qui de latere manauit: & ideo quam recte caro sanguini sociatur, quia neque caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur. Vbi cum loquatur de societate sanguinis cum corpore sub specie panis consecrato, intelligit etiam carnem sine sanguine in calice iure communicari non posse. Paulo post, cum recitauit aliqua alia Paschasij, Quibus uerbis plane docet id quod diximus, nempe sanguinem in calice bibendum esse, ut perfecte representetur curatio totius hominis.

CVI. Sic Vasques disputat contra Bellarminum ex professo. Nos addimus, primum, duram futuram *ad uisum*, non iure communicari. Nam hæc phrasia usurpata solet in iis rebus quæ in utramque partem possunt fie-

ri, sed non æquo tamen iure. Atqui corpus sine sanguine Christi, si rem ipsam spectes nullo modo sumi potest: quandoquidem sint ambo inseparabilia: quod etiam frequens in ore aduersariis. Carnes in Quadragesima negabantur Papistæ iure comedi: Quæ tamen possunt comedi; At non comedi iure Solem aut Lunam, quis dixit? Deinde quid illud est, eum non iure communicare, qui sentiat unum sumi sine altero, uidelicet ipsum corpus Christi in se, sine sanguine? Hoc quando? ubi hoc dixit Paschasius? Quibus uerbis istos descripsit sic somniantes? Nisi forte Bellarmino licuerit fingere. Quod certe licuit: ar non iure, sed ex audacia. Atqui Paschasius explicat, non quid cui sit credendum, sed quid Christus fecerit.

CVII. Superest Bernhardus testis, corporis & sanguinis alimoniam mandatum deo, epe frequentari. Alimonia, inquit Bellarminus, integra est in specie panis, Vasques autem, Mandatum & præceptum hoc pro tota Ecclesia traditum, non autem pro singulis.

CVIII. Sed Vasques contra Bellarminum, Bernardus, inquit, aperte loqui uisus de altera parte alimonia; quæ sub specie uini per modum portionis sumitur. Et uero integra si sit alimonia, diuino futura est respectu rei, non signi. At Bernardum signa potius intellexisse constat, cum dixit, hanc alimoniam, ea primum die exhibitam, ea die commendatam, quod de re factum est; ut constat saltem ex 6. Ioannis. Vasques commentum alias excussum est: Porro illa die dictum, Edite, bibite; & dictum singulis: nunquam dictum, edite, bibite pro aliis. Quod etiam esset contra rei naturam; quæ nõ patitur, ut alii pro aliis uescantur: ac proinde contra significationem Sacramentalis; quæ sumpta est à uescendi consuetudine. Itaque si imperatum est omnibus: quia uel licet non tantum Ecclesia non uescitur, nisi in singulis: sed etiam quia omnes singuli iussi sunt uiuere.

FINIS LIBRI OCTAUI.

LIBER NONVS.

De

EUCHARISTIA.

Caput Primum.

DIMINVTÆ COMMVNIONIS EXEMPLA.



PAPISTIS neq; Institutio potuit imperare; neque exemplum Christi præscribere, neq; Apostolorum usus prætere: Non eos longa consuetudo generalis flectere: non sanctorum Patrum comprobatio mouere; non veterum Canonum autoritas frænum iniicere; ut nõ abrogarent sacrosancam Communionem. Eratne is casus non dignus horrore? At nunc contra obseruate, nullum esse tam nullius momenti exemplum; quantumuis etiam particulare: nullum tam exile uestigium in

scriptis Veterum; nullam tam tenuem coniecturam ex Scripturis: nulla tam ridiçula sophismata; ut non sint pro inuictis demonstrationibus: pro absolutissimis legibus, pro immobilibus fundamentis sancitæ à Constantiensibus, Basiliensibus, Tridentinis, mutilæ communionis. Et quidem tanto maiori impudentia, quod qui fingentes indignari à nobis integram communionem defendi necessariam; nunc mutulatam tam seuerè exigant, ut uelint alteram omnino prohibitam. Nunquam mihi fides esto; si hic mentiar; & non res ipsa confirmet quod absq; horrore non dico.

I. Verbofissima altercatio, nec facile in ordinem cogenda certum; propter immanem ingeniorum luxuriam sibi indulgentium; ut amat fieri; quum non rationibus impellimur ad credendum; sed iam concepta opinione uigemur ad uestigandas rationes. In tanta argumetorum sylua; conabor ipse mihi non desille, & de veteri consuetudine disputabo primum; deinde Paschicam legem examinatum ibo. Nam, ut hæream cuiusquam aduersariorum methode, obtinere à me non potuerunt; qui ipsi inter se tam sunt uarij; ut uix duos reperiatis eandem uiam tenentes.

III. De Consuetudine qui agunt in eo sunt, ut probent non esse recens inuentum communicandi Eucharistiæ Sacramento, sub vna tantum specie, sine ea sit panis, sine calicis: quanquam frequentius panis. Probant partim à Scriptura, partim à traditione; collectis exemplis. Percurrant omnia vno spiritu, post exceptiones opponam opportunas. Habent autem à Scripturis primo Christum, deinde Apostolos.

IV. Christi exemplum est, unum ex Luca ult. postquam peruenisset Christus Emauitem cum duobus discipulis, Cum accubisset cum eis, sumptis pane benedixit, & fractum porrexit eis. Adaperiunt autem oculi eorum; & agnoscunt eum. Hinc Karokouski, In Emmaus Cleopha, & socio Sacramentum, & sub vna tantum specie Christus dedit. Eadem mens Eckij homilia; Richeomi cap. 61. Vaqueus, qui, Ex Luca uicesimo quarto, Sibi dicitur in Cena cum discipulis in castello Emmaus panem fregisse, & dedisse illis, id efficaciter probatur. Nam quid prohibet, inquit Roffensis, quo minus in hoc opere suum duces Ecclesia consideret imitari? Renatus Benedictus in Pannopha. Adde quod Christus sub specie panis tantum dicitur communicasse corpus suum discipulis, eumque Emmaus.

V. Apostolorum exempla habent ex Actis: Secundo, Erant presbiteranter in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Item Acto. 2. Primo die Hebdomadis comedit discipulis ad frangendum panem Paulus dissebat cum eis. Et post: Quum ascendisset fregissetque panem, & cibum sumisset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. Addit Cockleus Acto. 27. iudem de solo pane fieri mentionem, quem sumens Paulus, gratias egit Deo, & fregit; Nec solus Cockleus, sed etiam Karokouski.

VI. Ab traditione colligunt multo plura; quæ Bellarminus digessit in duo capita. Prius est fraudibus hæreticorum; quorum duo sunt exempla: vnum apud Sozomenum libri 8. historiae cap. 5. Quendam ex hæresi Macedoniana accepisse in manus Chrysestomo sacris operante panem tanquam paulo post manducaturam, hunc dedisse ancillæ; ab eaque alium accepisse, quem statim comederet; sed hunc fuisse conuertum in lapidem. Inde esse manifestum morem fuisse, ut qui uellent panem sumerent absque calice. Alterum exemplum illud est Manichæorum, ex Leone.

VII. Secundum caput est variorum rituum: qui ordine sic enumerantur. Primo loco est Reseruatio Sacramenti, facta sub vna tantum specie: quia uidelicet in multum tempus; puta in annum teste Sophronio capite 78. Prati Spirituales: quum tamen non posset uinum tan diu integrum manere: sed & Cyprianus sermone de lapsis, Ambrosius de obitu Satyrj, & Sophronius, non nisi panis meminerunt.

VIII. Secundo loco, Communicatio est domestica; cum Eucharistiæ domum deferent; & ibi tempore opportuno sumerent. Ex Tertulliani 2. ad uxorem. Ex 1. Stromateon Clementis: Cypriano de lapsis: & de spectaculis; Basilio ad Cæsariam Patriciam; Hieronymo in Apologia pro libris in Iouinianum; & aliis. Hanc autem communionem fuisse tantum vnius speciei pater, tum quia sola species panis daretur in manus; uini autem potingeretur in calice; tum quia in priuatis domibus non essent vbi calices sacri, quibus contineri posset sanguis Domini, teste Athanasio in Apologia 2. contra Arianos.

IX. Tertio loco, Communicatio infantum est. Communicabant enim Veteres aliquando infantes: sed sub vna tantum specie, nimirum instillando in os eorum, aliquid sanguinis Domini; ut patet ex Cypriano sermone de lapsis; & ex manifesta ratione; quia non possint infantes cibum solidum sumere.

X. Quarto loco Communicatio ægrotorum; quæ ut plurimum fiebat sub vna specie. Sic lib. 6. c. 36. historia Eusebiana; delatam Serapioni partem Eucharistiæ, ut madefacta traderetur. Cum enim diutius seruaretur, necesse erat durefcere: sic auctore Paulino in vita Ambrosij, Ambrosium corpore Domini deglutito continuo exspirasse. Basilium, teste Amphilocho in eius vita, Eucharistiæ accepisse in sola specie panis longo tempore asseruata. Deniq; Amalarium de Officiis lib. 3. cap. 25. & Micrologum de rebus Ecclesiasticis; cap. 17. testari ex antiqua consuetudine in Missa tres partes hostiæ fieri, ut vna cum sanguine misceretur, altera sumeretur à Sacerdote, tertia seruaretur pro ægrotis in uaticum;

XI. Quia